ii 240 B

EPIGRAMMATA GRAECA

EX LAPIDIBVS CONLECTA

EDIDIT

GEORGIVS KAIBEL.

BEROLINI
APVD G. REIMER.
1878.

FRANCISCO BVECHELER

HERMANNO VSENER

V. S. L. M.

neque in bona segete nullum est spicum nequam neque in mala non aliquod bonum.

Varro.

Vestrae fidei vestroque, viri optimi, amori quoniam hunc librum conmendaturus sum paucis exponere decet qualis quem ante hos sex annos nascentem vidistis singularique studio fovistis iam adultus ad vos redeat.

Epigrammata graeca e lapidibus excepta triplex fuit munus conligendi emendandi adnotandi, quorum primum sane non aeque mihi fuit difficile et ambiguum quam eis qui olim similem rem adgressi non tam conlegerunt epigrammata quam elegerunt. Mihi vero cum omnium quotquot ex lapidibus descripta habentur epigrammatum graecorum non eclogen sed syllogen plenam fere et absolutam proponere consilium fuerit, si quae desiderantur ea errore culpaque mea omissa putaveritis. Consulto vero omisi cum ea quae adeo mutila erant ut ne de natura quidem tituli integri iudicari posset tum ea quae ex codicibus anthologiisve petita iniuria aliquamdiu inter titulos ferebantur, velut epigramma Hesiodi tripodi inscriptum, Homeri Sapphonis Diogenis Oppiani epitaphia, Pythiae denique oraculum (C. J. 1724) a Cyriaco ex codicibus transscriptum et a Moroniano ex H. Stephani editione interpolatum, ut taceam de Aureoli titulo vilissimo (C. J. 6761), quo tandem liberavit nos Mommseni prudens iudicium (*Anal. epigr.* p. 255). Haec igitur cum non verendum sit ne quo invito praetermiserim, rectius fortasse ideo inculpabor quod ea non recepi quae etsi nemo recentioris memoriae in lapide viderit tamen vere inscripta fuisse aut luculentissimis constet testimoniis aut certissime demonstrari possit, velut quae in Anthologiae

codice Palatino VII 327—340 παρὰ τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου Καμψικοῦ descripta leguntur quaeve cum alii scriptores tum Pausanias ex periegetarum fide haud ambigua rettulit. Quae omnia una cum oraculis aliisque similibus inscriptionibus genuinis singulari aliquando libro conplexus edam, neque minus quae nostrae aetatis antiquitates investigandi sedulitas reperiendique felicitas nova protulerit conligere et ex instituto consilio tractare pergam.

Inedita haud ita multa mihi praesto fuisse epigrammata ipsa res tulit. Nam etsi amicorum auxilio nunquam destitutus accipiebam fere quae sive Romae et Athenis sive in aliis Graeciae Italiaeve partibus reperiebantur, tamen feliciter factum est ut nostrates quae alicuius essent momenti ad veterum res litterasque cognoscendas quam primum fieri posset edere consuerint. Sunt vero quae primus ego prodam sive a me ipso olim descripta sive aliorum beneficio debita.

Difficilius erat conlecta generibus inlustrare partibusque apte discribere. Cum enim in unum conprehendenda essent quae decem fere saeculorum spatio in omnibus fere orbis terrarum partibus, ubi quidem sermo graecus vigeret, lapidibus mandata essent, non e re fore arbitrabar si, quod recte faciunt qui Inscriptionum Corpora condunt, ex solo geographico qui dicitur ordine epigrammata digererem, qua scilicet re saepius disiungerentur quae iungenda erant diversaque plane conmiscerentur, sed varia argumentorum genera distinguenda, praeterea temporum locorum ingenii disciplinae artis ratio habenda erat. Meliora enim quarto a. Chr. n. quam tertio p. Chr. n. saeculo proveniunt, meliora plerumque Athenis quam apud Macedones Syrosque, melius Graeci quam barbari cultae linguae sero adsueti locuntur, et quod gravissimum est in certis quibusdam civitatibus provinciisque certum quoddam dicendi sentiendique genus florebat exercebaturque, quae omnes res, si quidem ipse mihi constare volui, in censum vel maxime erant vocandae. Itaque ut de sepulcralibus primum dicam titulis primam partem atticorum feci, ita tamen ut quae graecae essent aetatis quaeque romanorum temporum esse viderentur secernerem. Subiunxi insularum Asiaeque epigrammata, in quibus indolis graecae sive mavis artis alexandrinae longissime patent vestigia et fructus. Sed earundem regionum cum longe maior pars inferiorum esset temporum et hominum incultiorum, priore loco posui melioris notae epigrammata, altero reliquorum multitudinem adieci provinciarum fere ordinem secutus: nam in unum conponendi

erant Lydorum tituli, qui multi sunt et tamquam helluantur in varia de rebus futuris cogitatione (nescio an Erythraeis ducibus, beatorum colonis, cf. ad n. 904), neque minus Phrygiorum, quibus Graecorum de inferis fabulae maximam in contemptionem venerunt. Denique peculiarem locum Syris adsignavi, quorum quae potissima scribendi ratio fuerit neminem fugiet legentem. Ex Asia in Graeciam remigravi, cui priores partes eam ob rem denegaram ne vilia infimae aetatis carmina quae praevalent elegantissimis Ionum Dorumque epigrammatis anteponere cogerer: quamquam hac de re num recte iudicaverim iamiam dubitationis aliquid subnascitur. Restant qui a Graecis didicerunt Romani, qui quam sollerter veterum epigrammatographorum exempla secuti sint et excoluerint et Anthologiae poetae plurimi docent et prior quam a reliquis separavi Romanorum et Neapolitanorum epigrammatum pars: praevalent autem hic quoque ut par est viliora.

Dedicatoria longe diversum sibi postulabant ordinem, ut quae et pauciora essent et pro argumentorum diversitate sponte in diversas discederent partes : nam et ephebica et agonistica inter se divisi (nec poenitet fecisse) et proscynemata hymnos oracula iure mihi videor dedicatoriis adnumerasse. Septem igitur institui partes, quarum quo quamque modo disposuerim explicare nihil adtinet.

Claudunt agmen epigrammata varia quattuor in partes divisa omnia, e quibus prima terminorum aedificiorum fontium pontium titulos, quarta amuleta et diras conplectitur, reliquas duas magis dubito num recte administrarim.

Conlecta dum edo schedasque prelo trado haud mediocris succrevit *Addendorum* copia cum eorum quae recens inventa sunt tum eorum quae ego huiusmodi negotii nondum satis peritus vel omiseram vel falso olim loco conlocata retraxeram. Eisdem autem de causis vel *Addendis* quae adderem habui, quae in huius praefationis calce subicienda curavi; nonnulla doleo quod post confectos demum et typis expressos indices accesserunt. Addendis passim intermiscui corrigenda; correxi tamen ea tantum quae legentes offendere viderentur, alia permulta sciens praetermisi. Quod incredibili operarum socordia et inperitia factum est ut innumeris fere locis spirituum accentuumque notae dilapsae abierint, aegre hoc fero, aegrius vero quod ipse iusto saepius accentus perperam positos corrigere neglexi; qui errores quam digni sint qui graviter castigentur probe scio, quamquam neque aeque neque prudenter existimantis

iudicis est in eis solis indagandis aut tempus terere aut eruditionem ostentare.

Superest longe difficillimum emendandi adnotandique munus. Duae autem sunt adnotationis partes, altera quae antecedit ipsum epigramma locum ubi repertum sit editoresque indicans: ubi minime omnium posui editorum nomina sed eorum qui vel optime ediderunt vel plenissime, ut Corporum editores, superiores editiones enumeraverunt; quae ipse descripseram asterisco numeris praefixo notavi — altera quae est critica et interpretatoria. Cuius primo loco saepius indicavi saeculi notam plerumque ex indiciis epigraphicis, interdum ex indole epigrammatis repetitam. Qua in re quin saepe erraverim non dubito, neque mirabitur qui quanta incuria praeter atticos titulos pleraque ex lapidibus describi soleant noverit quique quam fallax sit usus auriumque iudicium expertus erit. Tum variam lectionem adstruxi, ne hanc quidem plenam: meliora enim ubi praesto erant apographa deteriora ut par est abieci, ubi dubitationi locus videbatur relinqui cavi ne quid omitterem. Interpres esse studui quam brevissimus et quam rarissimus; neque enim quae ex continua epigrammatum lectione sponte explicantur tamquam in tironum usum usquequaque monui, eis fere contentus quae ad emendationem apta et necessaria essent. Hoc enim inprimis consilium secutus sum ut epigrammatum verba emendatiora quam adhuc legebantur proponerem, quod fieri potuit vel melioribus adscitis apographis vel deteriorum fide adcuratius examinata vel selectis doctorum virorum emendationibus. Et has quidem minime adfirmo omnes me cognitas habuisse, sed quod paucas memoravi hinc nolim reliquas me ignorasse conligatur; praetermisi enim quidquid inutiliter aut falso disputatum vel coniectum demonstrari poterat, ne supra modum libri moles augeretur neve vituperandi essent quos aut laudare mallem aut ne vituperio quidem dignos putarem. Praeter Boeckhium et Kirchhoffium quibus equidem laudandis non par sum felicissimi epigrammatum vindices atque emendatores extiterunt Fridericus Jacobs et Godofredus Hermann, alter horum studiorum omnino princeps, alter hoc potissimum nomine praeclarus quod etsi non ubique verum reperiret ubique tamen ad verum reperiendum viam monstraret. Privatim praeter vos ipsos, Hermanne Vsener et Francisce Buecheler, qui haerenti mihi nunquam auxilium denegavistis, unum nanctus sum operis tamquam socium Vdalricum de Wilamowitz, qui et interpretando et emendando quid potuerit praestare

sciunt qui admirabilem eius doctrinam noverunt, quid voluerit pro egregia eius erga me voluntate omnis fere pagina clamitet: illi igitur iucundum est etiam publice gratias agere singulares.

Ipse denique quam adcuratissime tituli verba transcribere studui ne orthographicis quidem mendis sublatis, iota muto quod dicitur adscripto ubi traditur adscriptum, subscripto ubi omissum est in lapide. Emendandi copiam ita mihi paravi ut varias et lapidariorum et describentium errandi causas ipse cum in Graecia Italiaque olim biennium versarer satis expertus ubi fieri potuit diligenter litterarum similitudines rimarer, ubi ex apographorum indole fieri nequibat epigrammatum usum diu observatum sequerer; quo fretus usu saepius mutila restituere conatus sum, ut pristinae formae imaginem repraesentarem; quod qui audacius factum clamitent ignoscant ubi bene cessit opera, ubi male cessit corrigant ipsi.

Ceterum monito vix opus est quae ab aliis inventa sunt ea vel minutissima ad suum quaeque auctorem me rettulisse; ubi nomen non additur meo ipsius agi periculo scitote. Permulta minus quam volueram emendata et perpolita manserunt, quorum alia nisi novis adhibitis apographis emendari posse desperavi, alia si quis sagacior integro iudicio rem adgressus erit facili fortasse opera sanabuntur. Ego cui diu incubui thesauro tandem e manibus dimitto.

Relicum est ut addam quae additurum me supra promiseram.

2. Artificis nomen restituit Lolling *Mittheil. des archaeol. Inst. in Athen* I 175 Ἀριστίων Π]άριος. Cf. quae secuntur.

Add. **4** a. Subscripta vidit Lolling *l. s. s.* haec:

ϟTION : IAPI . . . . . O . ϟ E

recteque legit Ἀρι]στίων : Πάρι[ος : ἐπ]ό[η]σε.

69, 1. lege ᾯΩ τὸν κτλ'.

88, 1. Cf. Democriti apud Stob. *serm.* V 24 ἄριστον ἀνθρώπῳ τὸν βίον διάγειν ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντα καὶ ἐλάχιστα λυπηθέντα.

---

149. Litteris versuum initialibus nomen Sarapionem contineri vidit Nauck; ubi monuerit indicare nunc non queo. Intellege poetam.

173, 21 sq. Agathiae epigr. A. Pal. VII 551:

χαίρετον ὦ γλυκερὼ καὶ ὁμόφρονε· σήματι δ' ὑμέων
ὤφελεν ἱδρῦσθαι βωμὸς Ὁμοφροσύνης,

ubi v. 2 scribendum aut ὤφελ' ἐνιδρῦσθαι aut ἐφιδρῦσθαι.

182, 2. lapis βαρνάμενος.

194. Sententia inde a v. 6 sic fere restituenda:

. . . ἀδελφοῦ τε ἔστιν εὐκλεεστάταν
ὁρᾶν ἄκ]οιτ[ι]ν· βῶλος [ὀ]στέων δ' ἀπό
ἡ]δ[υπνό]ο[ι]σ[ιν] κᾶπον ἄνθεσιν βρύοι.

certum enim videtur verbum βρύειν vi transitiva positum.

222 b. Mileti. Rayet *Revue archéol.* 1874 XXVIII 113.

Ἀντήνωρ Εὐανδρίδου
Ἀντιφάνης Μοσχίωνος
Χίονις Χιόνιδος.

a. Τὸν Ἑστιαίου τῆς τραγωιδίας γραφῆ
Εὐανδρίδαν κέκρυφ' ὁ τυμβίτας πέτρος,
ζήσαντα πρὸς πάντ' εὐσεβῶς ἀνὰ πτόλιν
ἐτῶν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντ' ἀρτίων.

b. Οὐχὶ κεναῖς δόξαις ἐζηκότα τόνδε δέδεκται
τύμβος ὅδ' ἐκ προγόνων, ταῖς δ' ἀπὸ τᾶς σοφίας
ταῖς ἀπὸ Σωκράτεω πινυταῖς μάλα τοῦ τε Πλάτωνος,
κοὐκ Ἐπικουρήοις ἡδονικαῖς ἀθέοις,
Ἑστιαῖον τὸν φύντα πατρὸς κλεινοῖο Μενάνδ[ρου,
ἐσθλοτάταν βιοτᾶς ἐξανύσαντος ὁδόν.
κούφη γαῖα χυθεῖσ' ὁσίως κρύπτοις σὺ τὸν ἄνδρα
ἐλθ]όντ' εὐ[σεβέων εἰ]ς ἱεροὺς θαλάμο[υς.

Circa Chr. natum videtur Antenor Euandridae filius Hestiaei nepos incultos versus in patrem avumque scripsisse, alterum pridem alterum nuper sepulcro conditum. Nec tragicum poetam Euandridam nec Socraticum novimus Hestiaeum; nomina ipsa testatur editor crebro in titulis Milesiis reperiri. — 1 articulum vocabulo τραγῳδίας adiectum ne mireris dixit Philostratus *vit. soph.* II 239 Clementem Byzantinum et τραγῳδίας et τῆς τραγῳδίας ὑποκριτήν. Videtur autem Euandridas τῆς ἱερᾶς συνόδου

τῆς τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν sodalis fuisse. — 12 κλίν]οντ' editor, qui cetera recte supplevit. Pro ἱερούς cave conicias σκιερούς, cf. 222,8. 228,7.

---

229 conl. Add. Ex ectypo ipse cognovi v. 1. Πώλιττα esse in lapide; idem nomen A. P. VII 335.

248,9 fortasse μοῖραι δὲ [π]έ[σην σ]οι — [ἡλικίην κλῶσαν κτλ'. ad quae quod minus bene videbuntur proxima se adplicare inscitum adgnoveris interpolatorem, cf. adn.

251,1 sq. cf. Leonidae ep. A. P. VII 440 et index scriptorum s. v.

269,4. ἱλαραῖς Χάρισιν dixerat Meleager A. P. VII 419,4.

---

271. Falso haec interpretatus sum. Scriptum fuit epigramma sub Panis statua ab Ampelio una cum Musis in luco quodam posita: *non iam Echus amator sum* (nam v. 3 scribendum Ἠχὼ δ' οὐ φιλέω), *non iam pastorum delector sodalicio, sed ab Ampelio huc translatus Musarum socius frigida fontium arborumque umbra fruor.*

---

288 a. Cypro in insula. Ceccaldi *Rev. archéol.* 1875 I 97.

Σεμνὸν ἀεὶ ζήσας βίοτον, μάκαρ Ἀρτεμίδωρε,
σωφροσύνην διὰ σὴν χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοις.

Litterae ЄCѠ. — 2 χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν Meleager A. P. VII 421,12; cf. epigr. sequens.

---

288 b. Cypro in insula. Ceccaldi *Rev. archéol.* 1875 I 97.

Εἰ καὶ μοιρίδιον τέλος ἤγέ σε γῆς ὑπὸ κόλπους,
Σώπατρε σεμνὲ θανών, χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοις.

Litterae eaedem quae antecedentis tituli, eadem praeterea σεμνότητος laus, eadem denique clausula v. 2.

---

288 c. Cypro in insula. Ceccaldi *Rev. arch.* 1874 XXVII 94.

. . . .
ἡρπάσθ[ην . . . .
μηδένα πατρὶ δ[ιδοὺς γόον ἄλλον, μηδ' ἀδικήσας
γλώσσῃ πικρο[λόγῳ μηδένα, πᾶσι φίλος
κεῖμαι ὑπὸ χθονὶ τ[ῇδε] . . . .
τοὺς πρὶν ἀποιχομ[ένους . . . . . .
κωκύω γονέων [πικ]ρ[ὸν μόρον. . . . . .
σοὶ χάρις εὐξ . . . .
εὔνασον ἤδη [θ]υ[μ]ὸ[ν . . . .
ἀ[ρ]κετὰ τρι[σ. . . . .

Litterae ϵ c ω. — Ab initio traditur

ΡΗΙϹ

ΗΡΠΑϹΘΙΙ

ΜΗΔϵΝΑΠΑΤΡΙΔ

pentametrorum εἴςθεσις diligenter observatur. — 5 ΧΘΟΝΙΤΙΙ videtur hereditario sepulcro conditus ad pridem mortuos proavos se contulisse dici. — 7 ΓΟΝϵΩΝΙ Ρ — 8 nescio cuius rei gratias agat Plutoni, cf. 462,14; fortasse precantem (εὐξ[άμενον]) nescio quid deus exaudierat. — 9 ΗΔΗ ΥΝΟ — 10 ΑΙ-ΚϵΤΑΤΡΙ rogatur deus iram missam faciat et adquiescat tribus quae rapuerit corporibus, cf. 413,7.

319,1. Eadem dictio μνήμῃ παραδοῦναι est in *Actis Timothei* (ed. Vsener in progr. Bonnens. ad natal. inperat. 1877) p. 8.

324,1 scribe ἀμειλίκτων ὑπὸ μοιρῶν.

372,31 scribe καὶ θρηνεῖ σε πατήρ, cf. 379,4.

409,1 scribe Νομίῳ ἥρωι Τροκονδεύς.

425,7 scribe στηλίδα χάραξεν.

---

431 a. Damasci. Waddington apud Lebas III part. VI n. 2549.

Ἐντεῦθ' ἀρχιερεὺς ἐγώ ποτ' ᾤκο[υ]ν,
ἄνθος ξυράμενος νέων ἰούλων,
ψυχὴν εὐσεβίης ὕπερ τεθηλώς

καὶ σεμν[ῆ]ς μακάρων ὑπηρετείας.
ἀ[λλ]' εἰς γῆρας ἵκνυσθε πάντες ἑξῆς,
μνείαν Μητροφάνους ὅσοι ποιεῖσθε.
νὴ τὸν Δία συντηρήσω.

1 videtur ille ἐνταῦθα et ἐντεῦθεν inter se confudisse. — 2 sqq. *barbam quidem tonsam, sed animum validum habui ad pium sanctumque deorum ministerium.* — 4 ϹΕΜΝΙΙϹ — ΥΠΗΕΤΕΙΑΙϹ Buecheler *Mus. Rh.* XXVII 475 scripsit σεμναῖς ὑπηρετείαις. — 5 ΑΜΕΙϹ corr. Buecheler. — 7 *subscripsit pius homo* idem.

437,4 scribe ἐς γλυκεροὺς εὐσεβέων θαλάμους.

444,1 nomen fuerit Ὀνομαστός.

474a. Spartae. Cumanudes *Athenaei* 1874 p. 484.

Θρέπτος ὁ ταῖς Μούσαις ἀρέσας, ὃν ἐπήνεσεν Ἑλλὰς
καὶ περίφρων Ἀσίη καὶ νοεροὶ βασιλεῖς,
οὐκέτι ταῖς θυμέλαις ταῖς εὐστεφάνοις παρεδρεύω,
τερπνὰ μέλη κελαδῶν τοῖς λιγυροῖσι χοροῖς·
οὐδὲ σύνευνον ὁρῶ[ν] φιλοσύνγαμον, οὐδὲ τὰ τέκνα
κεῖμαι τοῦτον ἔχων οἶκον ὑπαίδιον.
παροδεῖτα χαῖρε.

Aetatis inferioris esse dicitur Threpti tibicinis epitaphium; inperatores intellegere licet M. Aurelium et L. Verum (v. 2). — 5 melius scripsisset οὐδ' ἔτι τέκνα, ceteroqui enim haud inscite factum epigramma.

480a. Mantineae. Foucart-Lebas 352 q.

. . . . Φίλα δέ με γεί[νατο μήτηρ,
Πρεῖμος δ' οὔνομά μοι, [Μαντινέη] δὲ πάτρη·
εἰκοστὸν λυ[κ]ά[βαντα καὶ] ὄγδοον οὐκέτι πλήσας
ἥρπασμαι], γαμετῇ παῖδα λιπὼν Ἰόλην.
οὐδὲ λα]θεῖν εἴα με [τ]αχὺς δρόμος, οὐδὲ [παλαίστρης
κ[ῦ]δος, ἐν ἠλαπίναις δ' ἐσθλὸς [ἐὼν κλέ]ομαι.
ταῦτα μαθ[ώ]ν, ξένε, πεῖνε, γ[έλα, κώμ]αζε, μυρίζου·
κοινὰ γάρ ἐστι [βροτο]ῖς ταῦτα τὰ συνθέματα.

Litterae Α Σ Ε ω. — 1 ab initio ὁ δεῖνα μ' ἔσπειρε; clausula est homerica Il. Φ 109 θεὰ δέ με γείνατο μήτηρ. — 2 Μαντινέη Wilamowitz. —

3 6 7 8 suppl. Foucart, nisi quod v. 6 ἐσθλὸς ἀεὶ κλέομαι voluit. — 3 ΛΥΓΑ quod nescio an cum editore servandum sit. — ΟΓΔΟΟΝΟΝ — 5 ΛΘΕΙΝ-ΙΑΧΥΣ — 6 ΚΟΜΟΣ uti v. 7 ΜΑΘΟΝ. Videtur inesse ea quam posui sententia *haud ignobilem me sivit esse cursus pernicitas aut turba palaestrae, cuius laudabunt me sodales*, cf. 663.

492. Ediderunt Cumanudes *Athenaei* 1874 p. 478 et Foucart *Rev. arch.* 1875 I 110, qui v. 1 sqq. recte suppleverunt:

Οὐκ ἔστ' οὐδὲν τέρμα βίου θνητ[ῶν ἐπι]νοί[α]ις,
ἀλλὰ Τύχη κρείσσων ἐλπίδος [ἐξ]εφάνη,
ἣ καὶ Τιμοκλέην Ἀσωπίχου ἠφάνισ' υἱόν κτλ'.

v. 5 confirmatur vitiosa lectio καὶ ἐν Ἡρακλέους τρὶς ἐν ἄθλοις, ubi Leo amicus recte fortasse τρισὶν ἄθλοις proposuit. Addiderunt vero in eodem lapide ad dextram scriptum alterum epigramma, nimis quidem mutilum quam quod restitui possit, memorabile tamen non uno nomine:

492b. *Ἀπόλλωνος] Πουθιῆος τ . . . .*
. . . . Πούθια παγκ[ράτιον
Παῖδ[α Μεν]εκράτεω . . . .
Κορρείδας ἱεραῖ νηα . . . . . .
ἐγνίκας ἔτι θερμὸς ὁ . . . .
Φοίβου τῶν ἐτύμων . . . .
Λύσιππος Σι[κυώνιος ἐποίησε.

In praescriptis παγκράτιον suppleverunt editores. — 1 παῖδ . . . . εκρατεω Cum., ΚΑΙΔ . . . . ΛΕΚΡΑΤΕΩ Foucart. — 2 Κορβείδας Cuman.; quartam litteram Ρ potius quam Β sibi videri esse ait Foucart; qui deinceps ΙΕΡΑΙΝΙΑ . . tradit; Cumanudes ἱερᾶι νῆα, addens tamen Η incertam esse. — 3 θερμὸς ὁ[ρούσας Cumanudes nescio quo sensu. Sententia certa comparato ep. 942 ἀλλ' ἔτι θερμὸν πνεῦμα φέρων σκληρᾶς παῖς ἀπὸ πυγμαχίας ἔστα παγκρατίου βαρὺν ἐς πόνον. — Lysippum cum recte editor intellexerit notissimum illum Sicyonium, Polycletum cuius nomen priori subscriptum est carmini non minus recte idem minorem adgnovit Lysippi aequalem, Naucydis discipulum, ut iam certa habeamus saeculi quarti documenta. Notatu vero digna duorum epigrammatum eodem in lapide eodemque fere tempore insculptorum diversa dialectus.

---

524. Χρήστῃ τῇ συμβίῳ legendum vidit Wilamowitz.

550, 5 cf. Agathiae A. P. VII 574 ἡ δὲ κόμην τίλλουσα.

625, 3 vitium metricum sustuleris cum in archetypo pro πολλάκις fuisse sumpseris ἑξάκι simile.

---

639. L. Arulenus Anoptes est C. I. L. V 5762.

640,4. Idem in eodem nomine lusus in ep. Antipatri Thessal. A. P. IX 517 σοὶ δ' εἴκει μελπομένῳ, Γλάφυρε, — οὔνομα καὶ τέχνης καὶ σώματος.

646a. Romae. Garrucci *Bullet. arch.* 1861 p. 37 cum notis Kiesslingii et Detlefsenii.

Θ(εοῖ)ς [κ(αταχθονίοις).

Φρόντιζ' ἕως ζῇς, πῶς καλῶς ταφήσεε.
καὶ ζῆσον, ὡς ζήσο[ις]· κάτω γὰρ οὐκ ἔχις
οὐ πῦρ ἀνάψε, οὐδὲ διπνῆσε καλῶ[ς.
ἐγὼ λέγω σοι ταῦτα ἅπαντα πιράσας·
ἐντεῦθεν οὐθὶς ἀποθανὼν ἐγίρε[ται.

Litterae videntur ϵϹω fuisse. — 2 ΖΗϹΟΚΚΑΤΩ correxi; ὅτι κάτω male Detlefsen. — 5 suppl. Kiessling.

647, 1 sq. cf. Senecae epitaphium in *Anthol. lat.* (ed. R.) 667:

cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores,
ite, alias posthac sollicitate animas.

654, 7 κυδρῇ παρακοίτι confirmatur ex Homeri Il. Σ 184.

686, 5 sic fere scribendum videtur:

Πιερίδων Μουσῶν ἰσαρίθμιός ἐστιν ὁ μάρτυς,
οὓς γε γ]όνους προφέρεσκεν ἑῆς ἐκ νηδύος ἁγνῆς
ἐννέα· τ]οῖς χαίρουσα φίλ[η θάνε] πᾶσιν ἀληθῶς

vitae testes etsi non ipsas Musas tamen liberorum numerum Musis aequalem habet, quos peperit novem.

698, 1 lege χυτὴ (ΑΤΕΗ) κατὰ γαῖα καλύπτει. Versus enim homericus est Il. Z 464 ἀλλά με τεθνηῶτα χυτὴ κ. γ. κ.

714, 7. Voluit *θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή*, quae sunt homerica Il. E 83.

---

743 a. Athenis prope Olympieum. *Bulletin de correspondance Hellénique* I 350. Ectypum vidi apud Kirchhoffium.

Μνῆμα τόδε ἧς ἀρχῆς Πεισίστ[ρατος Ἱππίου] υἱός
θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένε[ι.

Thuc. VI 54 Πεισίστρατος ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα, [ὃς] τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἄρχων ἀνέθηκε καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ προςοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος τοῦ βωμοῦ ἠφάνισε τοὐπίγραμμα· τοῦ δ' ἐν Πυθίου ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε· μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς κτλ'. Hoc ipsum iam exemplum nos tenemus, etsi cur ἀμυδρὰ visa sint Thucydidi γράμματα ex ectypo optimis clarissimis elegantissimis litteris scripto minime perspicitur. — 2 TEMENE iota lapide fracto periit.

---

757 a. Thisbe. Cumanudes *Athenaei* IV 378.

Εὐ]χὰν ἐκτελέσαντι Διωνύσωι Νεομήδης
ἔργων ἀντ' ἀγαθῶν μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.

1 εὐχὴν ἐκτελέσαι plerumque homines dicuntur votum susceptum solventes.

---

768 a. Thebis. *Bulletin de correspond. Hellénique* I 351.

Ξενοκράτης
Θεόπομπος
Μνασίλαος.

Ἁνίκα τὸ Σπάρτας ἐκράτει δόρυ, τηνάκις εἷλεν
Ξεινοκράτης κλάρωι Ζηνὶ τρόπαια φέρειν,
οὐ τὸν ἀπ' Εὐρώτα δείσας στόλον οὐδὲ Λάκαιναν
ἀσπίδα· Θηβαῖοι κρείσσονες ἐν πολέμωι·
καρύσσει Λεύκτροις νικαφόρα δουρὶ τρόπαια·
οὐδ' Ἐπαμινώνδου δεύτεροι ἐδράμομεν.

Narrat Pausanias IV 32,5 Thebanis cum instaret proelium Leuctricum a Trophonio inperatum esse ut clypeum olim ab Aristomene Messenio in herois fano consecratum inde repeterent tropaeique loco priusquam ad manus res veniret conlocarent; repetiisse autem Epami-

nondae rogatu Xenocratem; quem clypeum conspicatos Lacedaemonios fugisse. Hanc Pausaniae narrationem cum epigrammatis memoria fere congruam esse intellexit Buecheler *Mus. Rhen.* XXXII 479 sq., ipsum epigramma non omni ex parte ut mihi videtur recte interpretatus. Sic intellego: *dum Lacedaemonii in eo est ut vincerent* (confirmatur igitur Xenophontis iudicium *Hellen.* VI 4,13), *Xenocrati sorte obtigit* (sortiti autem erant praeter ipsum Theopompus et Mnasilaus) *ut Iovi tropaeum adferret. Et adtulit ille hostium copias armaque nequaquam metuens: sic factum ut Thebani victores e pugna discederent, cuius rei testimonium tropaeum est Leuctris positum. Princeps quidem victoriae auctor Epaminondas fuit* (Diod. XV 56,2), *nos vero propter utilem cursus celeritatem illo vix inferiores.* Adparet ex his periculosum aliquod per medios hostes iter fecisse Xenocratem ad reciperandum illud quod Iovi poneretur tropaeum, adparet non minus (cf. v. 6) singulari quadam hac in re celeritate opus fuisse. Tropaeum quale fuerit*) mirum est quod ex titulo non discimus (hastam enim fuisse haud recte Buecheler ex vv. 1 et 5 conlegit); sed et hoc et inscita narrandi ratio, dictionis inconcinnitas et obscuritas, dialecti inconstantia (v. 5 δουρί) eo magis ducit ut epigramma non IV saeculo sed tempore aliquanto recentiore scriptum putemus, quam eo ut rei memoriam a Pausania traditam fabulosa temporum longinquitate obscuratam dicamus. — 3 Diod. XV 53,2 οἱ δὲ Βοιωτοὶ — κατενόησαν τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπέχοντας ἅπαν τὸ Λευκτρικὸν πεδίον, quod Xenocrati videtur percurrendum fuisse. — 5 νικαφόρα δουρὶ τρόπαια sunt tropaea quibus victoria armis parta indicatur. — 6 *currebant et Epaminondas et Xenocrates, alter contra hostes alter tropaeum ut repeteret.*

---

784. Gravi meo errore factum est ut epigrammatis huius et verba et aetatem perperam constituerem. Teste enim Froehnero V a. Chr. n. saeculo scriptum est, legendum autem sic:

Τέρπων εἰμὶ θεᾶς θεράπων σεμνῆς Ἀφροδίτης·
τοῖς δὲ καταστήσασι Κύπρις χάριν ἀνταποδοίη.

Terpon eorum daemonum numero accedit quales sunt Τύχων Γοργών Κηδαλίων alii.

---

*) moneo de sacro clypeo, quem ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος λαβὼν ἅμα οἱ εἶχεν Ἀλέξανδρος καὶ πρὸ αὑτοῦ ἐφέρετο ἐν ταῖς μάχαις Arrian. *Anab.* VI 9,3.

824 a. Tauromenii. Ex Camardae libro *Lettera sull' epigrafe Taorminese* (Palermo 1862) repetiit Ritschl *M. Rh.* XXI 140 (*Opusc.* I 784).

Ἀμφὶ παραστάσι ταῖσδε Σαράπιδος Ἑστίαι ἁγνόν
βωμὸν Βαρκαῖος Καρνεάδης ἔθετο,
Εὐκρίτου υἱός, ξεῖνε, ὁ νεωκόρος, ἅ θ' ὁμόλεκτρος
Πυθιὰς ἁ κείνου καὶ θυγάτηρ Ἐρασώ.
ἀνθ' ὧν, ὦ κραίνουσα Διὸς μεγαλαυχέας οἴκους
θυμαρὴν βιοτᾶς ὄλβον ἔχοιεν ἀεί.

Litterarum ex formis Cavedoni (*Atti e Memorie delle Deputazioni di storia patria per le provincie Modenesi et Parmesi* Mod. 1863 I) probante Ritschelio titulum ante scriptum conlegit quam Augustus exactis incolis Tauromenio urbi praesidium romanum inponeret. — 2 Cyrenaeus fuit etiam Carneades philosophus cognominis.

***831 a.** Romae. C. I. 5984 b.

Ἡλικίην παῖς εἰμι· βρέτας δ' ἐστήσατο Φῆλιξ
Ἡρακλέους εἰκῶ· οἶσθά με κἀικ Προδίκου.

III fere p. Chr. n. saeculi.

---

831 b. Romae. C. I. 5972.

Ἔγλυψέν με σίδηρος, ἐποίησαν δέ με χεῖρες
τέχνῃ πιθόμεναι· εἰμὶ δ' ἄγαλμα Δίκης.

Litterae ϵ c.

---

856 a. Hypate. *Bulletin de corresp. Hellén.* I 120 litteris minusculis.

Λατυέων ἁ πόλις
Σώσανδρον Τολμαίου
εὐεργέτην τοῖς θεοῖς.

Τὸν μέγαν ἐμβουλαῖς τε καὶ ἤθεσι καὶ φρενὸς ἀλκῇ
Σώσανδρον κλεινῶν ἔκγονον Αἰνιέων,
Τολμαίου κλυτὸν υἷα πόλις Λάτυια φιλόπλου
χάλκεον ἀντ' ἀρετᾶς εἵσατο τᾷδε θεοῖς.
τόνδε γὰρ ἁγητῆρα δι' εὐξυνέτοιο μερίμνας
σωτῆρα κτίστην ἄλλον ἔδεκτο Δία.
ἡρώων θρέπτειρ' ἐναρηφόρε πότνι', ἀγώνων
σὸν κλέος, εἰ τοιούσδ' ἄνδρας ἔχεις, Ὑπάτα.

Litteras editor ait aetatis macedonicae esse; indoles carminis videtur recentior. — 2 Αἰνιεῖς formam pro ea quae est vulgarior Αἰνιᾶνες commemoratam ab Eustathio Il. B 749 adtulit editor. — 3 φιλόπλου genetivus male conlocatus videtur ad ἀρετᾶς referendus. — 6 σωτὴρ καὶ κτίστης et Olympius saepius vocatur Hadrianus C. I. 321 sqq. — 7 ἡρώων qualis est Sosander.

---

877 b. Epidauri prope templum Aesculapii iuxta statuam virilem. Cumanudes *Athenaei* 1874 p. 273.

Ἄνθετο μέν μ' Ἐπίδαυρος Ἀριστείδαο Φίλιππον
Περγαμόθεν, θείας κοίρανον ἱστορίας,
ἀγλάισαν δέ μ' ἄν[ακτ]ες, ἐπεὶ πολεμογράφον αἰδάν
ἔκλαγον ἀμερίων κόσμον ἐπερχόμενος.

Ἐγὼ παντοίων παθέων καὶ ξυνεχέος ἀλληλοφονίης ἀνά τε τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Εὐρώπην καὶ τὰ Λιβύων ἔθνεα καὶ νησιωτέων πόλιας καθ' ἡμέας γεγενημένων ὁσίῃ χειρὶ τὴν περὶ τῶν καινῶν πράξεων ἱστορίην ἐξήνεγκα ἐς τοὺς Ἕλ[λην]ας, ὅπως καὶ δι' ἡμέων μανθάνοντες ὁκόσα δημοκοπίη καὶ κερδέων ἀμετρησίη καὶ στάσιες ἐμφύλιοι καὶ πιστίων καταλύσιες γεννῶσι κακά, παρατηρήσει παθέων ἀλλοτρίων ἀπενθήτους ποιέονται τὰς τοῦ βίου δ[υςδι]ορθωσίας.

II p. Chr. n. saeculi. Ex eorum enim scriptorum numero est Philippus, quos Lucianus πῶς δεῖ ἱστορ. συγγρ. c. 16 sqq. dialecto ionica usos ἰητρείην dicentes καὶ πείρην καὶ ὁκόσα καὶ νοῦσοι cavillatur. Quas res apud Afros insulanosque nuper gestas ille enarrasse se glorietur videmur ignorare. Epigramma civitas Epidauriorum, subscripta ipse Philippus insculpenda curavit. — Cumanudis lectionem bis correxi, et v. 3, ubi ἄν[δρ]ες illi exciderunt, et extremum vocabulum ubi ille δι; (αν)ορθωσιας edidit; intellege *ut Graeci alienis malis cognitis ipsorum infortunia efficiant ut dolore careant.*

931, 1. μῆλα Pythionicis praemia proposita saepius reperiuntur, cf. Luc. *Anachars.* c. 9.

---

932 a. Olympiae. Fraenkel *Diar. arch.* 1877 XXXV 47.

Πρῶτος ἐγὼ Τρώων Πισάτιδος ἔρνει ἐλαίας
στεφθεὶς καρύχθην, τοὔνομ' Ἀκεστορίδης·

καὶ μὰν καὶ Λουσοί με κατέστεφον ἠδ' Ἐπίδαυρος
καὶ Φένεος Νεμέα τ' ἴαχεν ἀθλοφόρον.
ἦ ῥα τόθ' Ἑρμοκρέοντος ἐς υἱέα λείπετο πώλων
αἶμα παλαιγενέων κραιπνοῦ Ἐριχθονίου.

I fere a. Chr. n. saeculi. — 5 sententia non bene expressa haec est: *tunc adparuit Erichthonii equorum prolem usque ad me Acestoriden Hermocreontis filium perdurasse.* Equorum autem virtus (κραιπνότης) haud magis eleganter in ipsum Erichthonium transfertur.

---

938. Edidit Cumanudes *Athenaei* 1874 p. 477, qui recte v. 4 στεφανο[ῖ] supplevit.

---

938 a. Thebis. Cumanudes *Athenaei* 1874 p. 477.

Π]άμμαχον, ὦ Θήβα, κρατέοντά με παῖδα[ς ἀγῶνι
καὶ τὸ πάλιν μεσάταν ἁλικίαν τίς ἐρεῖ
τοίας ἐκ προβολᾶς εὐάγκριτον; ἁ δὲ Νέμειος
νίκα μοι λεκτῶν ἦλθεν ἀπ' ἠιθέων
πατρὸς δῶμα Τρίακος· ἄεθλα γὰρ οἱ παρὰ Δίρκαι
ἀμφαδὸν Ἑλλάνων πλεῖστα φέροντι νέοι.
Τεισικράτης ἐποίησ[ε.

Tisicrates Sicyonius IV saeculi artifex. Eiusdem igitur aetatis Phorystae alterius Triacis filii epigramma (n. 938) est, unde corrige errorem. — 1 πάμμαχον — ἀγῶνα Cumanudes, idemque v. 3 ἆδε scripsit. At sic procedit oratio: *vici primum pueros, tum qui pueros inter iuvenesque aetate sunt medii, denique vero Nemea victoria* (quae in causa fuit cur imago poneretur) *ex iuvenibus reportata est.*

---

942 a. In provincia Trevisana repertum anaglyphum. Veludo *Atti dell' Istituto Veneto di scienze lettere ed arti* ser. III. vol. VIII.

Κλαυδιανὸν πύκτην λεντιάριοι ἐνθάδ' ἔθηκαν,
τειμῶντες καὶ νῦν εἰκόνι καὶ στεφάνοις.

1 lintearii videntur ei vocari qui velorum in amphitheatro curam agebant.

---

943 a. Athenis. Ussing *Graeske og Latinske Indskrifter i Kjöbenhavn* (1854) p. 24.

Νεικήσας πολέμαρχος Ἀπολλοφάνης Εὐφήμου
λαμπάδ' ἔθηκε θεοῖς τοῖσιν ἐνὶ σταδίοις.
παιδοτριβοῦντος Ἀβασκάντο[υ κτλ.'

Anno $14^{7}/_{8}$ *τῶν ἰδίων πολέμαρχος* Ἀπολλοφάνης *συνεφήβων* fuit, Abascanti paedotribae anno decimo; cf. ad n. 960. — 2 dei sunt Mercurius et Hercules, cf. n. 943,2.

1028. A se olim confectum apographum versuum 1—29 et 48—70 benigne mecum conmunicavit E. Curtius, ex quo haec enotabo: v. 11 ΧΑΡΑ ΞΕΙ, v. 14 ΤΥΡΑΝΝΩΙ unde fortasse scribendum *τυράννω πρέσβα* Κρόνω *θυγάτηρ*, quicum congruit et hymnus Nysaeus (cf. p. 440) et Homeri versus quem imitatus est poeta *πρέσβα* Διὸς *θυγάτηρ* Ἄτη (Il. T 91). v. 16 ΩΠΟΤΕΥ, v. 18 ΕΛΙΝΟΤΡΟΠΟΣΕ, v. 19 ΩΡΑΝΟΣ, v. 22 ΕΝΠΕΤΑΣΕΙ quod reponendum est, v. 24 ΘΗΛΥΤΕΡΑ, v. 28 ΩΡΑΝΙΟΙΣΙ, v. 48 extr. . . . . . ΩΙ, v. 52 ΥΠΕΙΡΟΧΟΤΑΝΙΚΑΝ, v. 53 ΤΕΙΜΑΝ, v. 54 ΑΝΑΝ unde *ἀνάνκαν* scribendum, v. 62 ΕΠΙ.

Eiusdem fere argumenti hymnum isiacum pedestri sermone scriptum apud Ietas inventum edidit Weil *Mittheil. des arch. Inst. in Athen* II 79, qui ab Eustratiade admonitus ridiculos suos de titulo errores ridicule retractavit *ibid.* II 189. Vtile erit Wilamowitzii adhibitis supplementis hymni verba huc transscribere.

. octo fere versus perierunt ab initio

ἐγώ εἰμι . . . . . ΓΥΝΑΙΚΙΘΕΟΕΚΑΛΟΥ
ΕΡ . Η *ἐ[μοὶ Βού]βαστις πό[λι]ς οἰκοδο-*
μήθ]η, ἐ[γὼ] ἐχώρισα γῆν ἀπ' οὐρανοῦ,
ἐγὼ ἀ[στράσι]ν ὁδοὺς ἔδειξα, ἐγὼ ἡλίου καὶ
σε[λή]νη[ς] πορείαν συνέταξα, ἐγὼ θάλα[σ . .
ΕΙΑΕΡΓ . Β . . . Ε *[ἐ]γὼ τὸ δίκαιον ἰσχυρὸν ἐπο[ί-*
η]σα, ἐγὼ [γ]υ[ν]αῖκα καὶ ἄνδρα συνήγαγα,
ἐγὼ γυναι[κὶ] δεκά[μη]νον βρέφος ἐνέ[σ]αξα,
ἐγὼ ὑπὸ τέκνων γονεῖς φιλοστοργεῖσθαι ἐνο-
μοθέτησα, ἐγὼ τοῖς ἀστό[ργως γ]ονεῦσι δια-
κειμένο[ι]ς τειμωρίαν ἐπέθηκα, ἐγὼ μετὰ
τοῦ ἀδελφοῦ Ὀσεί[ρ]ε[ος] τὰς ἀνθρωποφαγίας ἔπαυσα,
ἐγὼ πυ[ροὺ]ς ἀνθρώποις ἀνέδειξα, ἐγὼ ἀγάλματα
ἱστ]ᾶν ἐδ[ίδαξ]α, ἐγὼ τεμένη θεῶν ε[ἱ]δρυσά-
μην, [ἐ]γὼ τυρά[νν]ω[ν] ἀρχὰς κατέλυσα, ἐγὼ στέργε-

σθαι [γ]υν[αῖκ]α[ς] ὑπ' ἀνδ[ρῶ]ν ἠνάνκασα, ἐ[γὼ τ]ὸ δίκαιον εἰσχυρότερον χρυσοῦ καὶ ἀργυρίου ἐποίησ]α, ἐγὼ τὸ ἀληθὲς καλὸν ἐνομοθέτησα ν[ο]μ[ίζεσ]θα[ι], ἐγὼ συνγραφὰς Ἑ[ρμοῦ . . . Η . . . Μ . . ΤΟΥϹ

1 fortasse τοῦ ἀληθέος καλοῦ, cf. v. 18. — 2 Ε . . Ε . . ΒΑϹΤΙϹΙΙΟ . . corr. Wilam. — 3 Ε . . ΙΙΕΧΩΡΙϹΑ corr. Weil. — 4 Α . . . Ι . Ν corr. Wil. ἀστέρων Weil. — 5 ϹΕ . . ΝΙΙ . corr. Weil. — ΘΑΛΑΙ . | ΕΙΑΕΡΓ . Ε . . . Ε θαλάσσια ἔργα vix fuerunt, θάλασσαν ἐστόρεσα Wilam. — 7 ΕΥΙ . ΑΙΚΑ et 8 ΔΕΚΑΙ . ΙΝΟΝ corr. Weil. — 8 ΕΝΕΑΞΑ correxi, ἐνέταξα Wilam. — 10 ΑϹΤΟΙϹΟΙΙΙΟΝΕΙϹΙ corr. Wilam. — 12 ΟϹΕΙΙΕΘΕ corr. Wilam. — 13 ΙΙΥΗΠΙϹ πυροὺς probabiliter Wilam. — 14 ἱστᾶν Wilam. ἐδίδαξα ego. — ΕΔΡΥϹΑ — 15 ΚΓΩΤΥΡΑΙΩ . corr. Weil. — 16 ϹΘΑΙΥΝ . . ΑΡΥΠΑΝΔΙΙΙΝ et ΕΙΤΟΔΙ corr. Weil. — 17 χρυσίου Wilam. — 19 Ν . Μ . . . . ΘΑΤ corr. Weil. — Ἑρμοῦ Wilam. — Adparet et Nysaeorum et Ietarum et Andriorum hymnos ad unum omnes fontem referendos esse.

1044. Duo praeterea huius epigrammatis apographa extant, alterum Vischeri *Archaeol. Beitr.* tab. VI 1, alterum Foucarti recens editum apud Lebas 331a, quorum prior v. 2 ΙΝΕΜΕΓΑΚΛΕΙΑΣ legit, Foucart eodem v. extr. ΕΥΣΕΒΙΑΙ, unde spretis Foucarti supplementis sic scribendum:

Αἴνεσον] εὐόπλου Φιλοποίμενος αἷμα [λαχοῦσας,
ξέ]ινε, Μεγακλείας αἴνεσον εὐσεβίαν

v. 3. ΝΑΠΟ Vischer, v. 4 ΑΝΙΑΣ . . Ν . . ΚΥ κτλ'. Foucart, qui recte supplevit: ἃν ἀπὸ Δαμοκράτους λέκτρων ἠνέγκατο μ[άτηρ,
Οὐρ]ανίας [σεμ]ν[ὰν] Κύπριδος ἱροπόλον.

v. 6 ΞΟΥΝΟΙΣ . . . . . . Α . ΗΓΕΜΟΣΙ Foucart, qui legit καὶ ξούνοις θαῦμα καὶ ἁγεμόσι, quae nec intellego nec corrigo. — v. 7 ΕΙΔΕΓΥΝΑΠ . . ΟΙΟΚΛΑ Vischer, extr. Foucart Λ . ΞΑΤΟΦΑΜΑ — v. 8 . ΥΘΑΥΜΑ Foucart, . . . ΥΠΟ . . ΙΟΝ . ΑΙ . . ΙΙΑΡΕΤ Vischer. Redintegrandum distichon aliis relinquam. Foucart nec v. 7 πλούτοιο κλέος recte scripsit nec v. 8 οὐ θαυμαστόν. Bene vere idem monuit Vraniae Veneris apud Megalopolitanos templum Pausaniae aetate (VIII 35) iam dirutum fuisse.

1046,83 clausula est Theocritea XXV 158 ἐν ὕλῃ χλωρᾷ θεούσῃ. Ceterum initia versuum 31—46 in fragmento marmoreo repetita invenit

Detlefsen apud equitem Morbio Mediolanensem, praemisso fortasse nomine [Ἀννία Ῥ]ή[γιλλα]. Cf. *Bullet. arch.* 1863 p. 147 sqq.

1046a. Hermione. Foucart-Lebas 159g.

Τὸν παρθενῶνα τόνδ' ἔτε[υξε nomen dedicantis
πορὼν θεῆς Δήμητρος ἱερείαις [χάριν,
ἐπὶ στρατηγοῦ τοῦ νέου Πα . . . . .

II fere p. Chr. n. saeculi. — 1 ἔτευξε Foucart. — 2 χάριν Wilamowitz.

1072,5. Litterae ΕΠΤΟΝΤΟΝ possunt fuisse ΕΥΤΡΟΠΙΟΝ, cf. v. 10.

1087. Epigramma expressum videtur ex [Aeschyli] ep. Bergk. *Poet. Lyr.* II 571:

ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι
καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

1100a. Olympiae. Dittenberger *Diar. arch.* 1877 p. 96.

Ἡ πόλις ἡ . . . τὸν δεῖνα] Ἀλεῖον τὸν αὐτᾶς πρόξενον [καὶ εὐεργ]έταν ἑλλανοδικοῦντα Διὶ Ὀλυμπίωι.

Τεῦξεν Ἀριστομένης Μεσσήνιος Ἁγία υἱός.

Ante Chr. n. factum videtur editori.

1117a. Tabula lignea ex Aegypto una cum sequenti in Americam translata, ubi extant in museo privato Eboracensi. Froehner *Tablettes grecques du Musée de Marseille* (1867) p. 4.

Ὅταν ποιῶν πονηρὰ χρηστά τις λαλῇ
καὶ τὸν παρόντα πλησίον μὴ λανθάνῃ,
διπλάσιος αὐτῷ γίνεθ' ἡ πονηρία.

1117b. Tabula lignea; vid. ad ep. anteced. Froehner *l. s. s.*

Ὧι μὴ δέδωκεν ἡ τύχη κοιμωμένῳ,
μάτην δραμεῖται, κἂν ὑπὲρ Λάδαν δράμῃ.

1119. Eosdem versus in quattuor tabellis similibus musei Borelli (ex museo Clot-Bey) legit Froehner *Tablettes grecque du Musée de Marseille* p. 6, quarum in secunda tertia quarta praeterea haec sunt: Μ. Αὐρήλιος Θεόδωρος τοῦ Ἀνουβίωνος ἔγραψα τῇ ϛ Θ. Aurelium autem Theodorum

alia quaedam tabella et ipsa ex Aegypto adlata docet fuisse saeculo III exeunte vel ineunte IV: Αὐρήλιος Θεόδωρος Ἀνουβίωνος ἔγραψα τῇ κθ ἡμέρᾳ ἡλίου ὑπατίας Φλαουείου Κωνσταντίου καὶ Οὐα . . . . . τῶν ἐπάρχων. Consules fuerunt Flavius Constantius et Galerius Valerius Maximinus annis 294, 300, 302, 305, 306; cf. Froehner *l. s. s.*

* **1119** a. Diptychon Mediolani in museo Trivultiano. Mommsen C. I. L. V 8120.

Τῷ σεμνύνοντι τοῖς τρόποις τὴν ἀξίαν
ὕπατος ὑπάρχων προσφέρω Φι[λό]ξε[νος.

Fl. Theodo(rus) Filoxenus Sotericus Filoxenus
vir ill. com. dom. ex magistr. per Thracia
et consul ordin.

Anno p. Chr. n. 525. — 1 *qui morum castitate consularem dignitatem inlustravit.* — 2 cf. seq. ep.

1119 b. Diptychon Compendiense. Ex Gorio Mommsen C. I. L. V 8120 adn.

Τουτὶ τὸ δῶρον τῇ σοφῇ γερουσίᾳ
ὕπατος ὑπάρχων προσφέρω Φιλόξενος.

Vide ep. praeced.

1135,1. Formam *μολόχην* seravit cod. Π in Nicandri *Theriac.* 89.

Additis quae habui addenda praefandi finem faciam. Penes vos autem, viri optimi, praeter ceteros iudicium esto; vobis si videatur hinc illinc bonum aliquod spicum ex hac segete legi posse, maximo opere gaudebo. Valete.

Scr. Romae Id. Decembr. a. h. s. LXXVII.

I. EPIGRAMMATA SEPULCRALIA.

I. ATTICA.

SAECVLI SEXTI.

*1. Sepoliae. Kirchhoff C. I. A. 463.

Εἴτ' ἀστό]ς τις ἀνὴρ εἴτε ξένος ἄλλοθεν ἐλθών,
Τέ[ττ]ιχον οἰκτίρας ἄνδρ' ἀγαθὸν παρίτω,
ἐν πολέμωι φθίμενον νεαρὰν ἥβην ὀλέσαντα·
ταῦτ' ἀποδυράμενοι νεῖσθ' ἐπὶ πρᾶγμ' ἀγαθόν.

1 supplevit Kirchhoff *Herm.* V 53 — clausula fere homerica Od. η 52. 33. ρ 382. — 2 Τέττιχον restituit Kekulé *Theseum* p. 159.

---

*2. Ad Dipylon. Ex Luedersii apographo E. Curtius et Kirchhoff *Act. acad. Berol.* 1873 p. 153.

Σῆμα πατὴρ Κλεόβουλος ἀποφθιμένωι Ξενοφάντωι
θῆκε τόδ' ἀντ' ἀρετῆς ἠδὲ σαοφροσύνης.

In sinistro basis latere Π]άριος quae artificis patriam indicant; a sinistra 16 vel 17 litterae perierunt. Κλεόβουλος in lapide est.

---

3. Incerti loci. Kirchhoff 465.

Ἀρχένεως τόδε σ[ῆμα nomen defuncti
ἔστησ' ἐγγὺς ὁδοῦ ἀγαθοῦ καὶ [σώφρονος ἀνδρός.

Supplevit Kirchhoff. — 2 ΔΟΙ corr. Kiessling hastam pro interpunctionis nota habens (⁝).

---

*4. εἰς τὸ Φορβαντεῖον. Pittaces. Kirchhoff 466.

Ἀ]ντιλόχου ποτὶ σῆμ' ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος ἀνδρός
. . . .

Alterius versus paucarum litterarum apices supersunt; tale quid fuerit ἴστε προσερχόμενοι. Altero eiusdem cippi fragmento artificis nomen inscriptum Ἀριστίων μ' ἐπόησεν.

---

*5. Ad Velanidezam. Kirchhoff 468.

Λυσέαι ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἐπέθηκεν.

---

6. Incerti loci. Ex apographo adcuratissimo archaeologorum Atheniensium (1851) Kirchhoff 469.

Σῆμα Φρασικλείας· κούρη κεκλή[σο]μαι αἰεί,
ἀντὶ γάμου παρὰ θεῶν τοῦτο λαχοῖσ' ὄνομα.

---

7. Ad Sunium promunturium. Ex Rangabis Michaelis Cordellae apographis Kirchhoff 470.

Τ]οῖπικλέους παιδὸς Δαμασιστράτου ἐνθάδε σῆμα
Πεισιάναξ κατέθηκε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντω[ν.

1 init. . ΡΓΙ Cord. · At Τερπικλῆς graecum nomen esse recte negat Wilamowitz. — 2 θανόντος Michaelis satis spatii negans superare ad Ν litteram supplendam; usus tamen et ratio formulae pluralem postulant.

---

8. Ad Sunium. Ex Cordellae ectypo Kirchhoff 471.

— — — — — — — — — — — —
. . . . ἦν γ]ὰρ ἁπάσης
νοῦν τε καὶ ἀνο[ρέ]αν ἔξοχος ἡλικίας.
. . Ἐπ]ιστήμων τόδ' ἐπόει Ἱπ(π)οστράτου σῆμα.

Ab initio paullo plura periisse quam sola defuncti patrisque nomina, coniunctio γάρ docet; fortasse viator ut iuvenem defleret invitabatur. Duo fuerunt disticha. — 2 Sauppe cum in Cordellae ectypo legisset ΑΝΔ, ἀνδρείαν scripsit *Philol.* XXVIII 174. — Post ἡλικίας spatii aliquid vacat, unde v. 3 ab ipso epigrammate seiungendum esse patet. Sed qui τόδ' scripsit instituitque tam quaesitum verborum ordinem versum facere

voluisse mihi quidem videtur, modo non poetam sed ipsum artificem (Epistemonem opinor Hippostrati f.) artis musicae ignarum extrema de suo addidisse pntes.

---

9. Sub Hymetto. Ex Velseni et Prokeschii schedis Kirchhoff 472.

Σῆμα τόδε Κύλων παίδοι[ν] ἐπέθηκεν θανό[ν]τοι[ν
μ[ν]ῆμα φιλημοσύνης . . . .

Mirum in modum turbavit lapidarius semel corrupta (ΜΤΕΜΑ), ter omissa *ν* littera; neque enim potuit sexti saeculi homo *παῖδ' υἷ ἐπέθηκε θανόντι* scribere. Dualem reposuit Keil *Ad syll. inscr. Boeot.* p. 633 adn. 39. — Ross (*Annal. Instit.* IX 10) Cylonem tyrannum intellegit, cui etsi non aetas, ignobilis tamen scripturae habitus refragatur.

---

10. Inter Atticas. E schedis Mustoxydis Kirchhoff 473.

Σῆμ]α τόδ'[ἐ]ν[γ]ὺς ὁδοῦ Θεοσήμον [στῆσα (uxoris nomen)
ἀν]δρὸς ἐμο[ί τ]ε φίλου κἀγαθοῦ ἀνφ[ότερον.

1 ΑΝΑΥϟ — 2 ΕΜΟΝΕ Kirchhoff, qui omnia egregie restituit, *ἐμοῦγε* vel *ἔμοιγε* vel *ἐμοί τε* proposuit. *γε* particula, nisi plane inutilis sit, verendum ne ex ambiguo accipiatur.

---

11. Ceratiae. Ex Rossii apographo Kirchhoff 475.

Λοι]μῶι θανούσης εἰμὶ [σῆ]μα Μυρίνης.

Supplevit Kirchhoff.

---

12. In occidentali urbis parte. Kirchhoff 476.

Ἐνθάδε σῆμα θανόντι φίλωι Χ]σενόφα[ντος ἀδελφῶι
Ἐνδόχ]σωι κατέθ[ηκεν, ἐπεὶ πάρος ὤλετ' ἄ]ωρος.

1 ἔνθα κασιγνήτῳ σῆμα Ξενόφαντος ἀδελφός Kirchhoff. At ἔνθα pro ἐνθάδε positum ante romana tempora in titulis atticis non reperitur, — 2 suppl. Kirchhoff.

---

13. *In ea parte urbis, cui nunc nomen Palaeochori.* Kirchhoff 477.

Ἐνθά]δε Φ[. . . .(nomen mariti) ἄλοχον] κατέθηκε θανοῦσαν
Λ[αμπι]τὼ αἰδοίην γῆς ἀπὸ πατρωίης.
Ἔνδοιος ἐποίησεν.

1 Τῇ]δε φ[ίλην ἄλοχον ὁ δεῖνα]κ. θ. Kirchhoff. At quattuor ab initio litterarum spatium vacat. Cumanudes *tit. att. sepulcr.* 3090 . . . . ον κατέθηκε, ubi ον litterae errori fortasse tribuendae. — 2 suppl. Kirchhoff. Maritum qui posuit monumentum ex Ionica aliqua civitate oriundum fuisse, e dialecto evicit idem *Herm.* V 54.

---

14. Eleusine. Kirchhoff 478.

Α]ἰνείαι τόδε σῆ[μα πατὴρ ὧι παιδὶ θανόντι
Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε . . . .

1 suppl. Bergk. *Diar. archaeol.* 1850 p. 172. Ross *Diar. archaeol.* 1844 p. 295 unum versum effecit Αἰν. τόδε σῆμα πατὴρ Τιμ. ἐπέθ. idque nunc etiam Bergkio persuasit (*Histor. litt. gr.* I 384)

---

15. Inter rudera muri Themistoclei. Ex Rossii apographo Kirchhoff 479.

Σῆμα φί[λ]ου παιδὸς τόδε Δ . . . . (nomen patris) κατ]έθηκεν
Στησίου, ὃν θάνατος [δακρυ]όεις καθέχει.

1 ΤΟΔΕΙΔΕΝΔΙ . . . quod Δημάνθης vel simile nomen fuisse Ross coniecit *Jahn. Annal.* 1833 II 437. Certe littera I post τόδε interpunctionis nota ⋮ videtur. — κατέθηκεν Kirchhoff ἀνέθηκεν Ross. — 2 suppl. Ross.

***16.** In fundamentis ecclesiae Euangelismi. Kirchhoff 481.

Κρύπτει σῆμα τόδ' . . .]ον, ἄωρον εἰς Ἀίδαο,
πᾶσι λιπόντα φίλοις πέ]νθος, ἀποιχόμενον.

1 κρύπτει σῆμα . . . .]ον Kirchhoff. At demonstrativo pronomine τόδε opus est.

---

17. In Propylaeis. Kirchhoff 482.

Δημο]χά[ρους τόδε σῆμα πατὴρ κατέ]θηκεν nomen patris
παιδὸ]ς κηρῦχ[σαι μνῆμα σαοφρο]σύνης.

Suppl. Kirchhoff. — Subiunctum erat artificis nomen ab litteris ΗΕ incipiens.

---

18. Prope Liopesi. Ex Rossii apographo Kirchhoff 487.

— — — — — — — — — — —
. . . . οὕ]νεκα πιστὸς ἔφυς.

---

19. *In regione Attica.* Kirchhoff 492 qui haec scripsit: *Positum statuo titulum ad locum designandum consecratum, quo virum quendam olim a puero adamato rixa suborta interfectum esse fama ferebat, rusticorumque hominum prodere artem litteraturae genus minus elegans et inconstantia insigne. Haec autem videntur carminis verba fuisse:*

Ἐνθάδ' ἀνὴρ ὁ . . . . . . ονηια· παιδὸς ἐρα[σ]θ(ε)ίς
νείκεα συνμεί[ξας] πόλεμόν θ' ἅμα δακρυόεντα
ὤ]ναθ', ὁ[πρ]ὸς φί[λου] ὤλετ'· ἐ[κείνου δ']ἱερός εἰμι.

ὤνασθε dixit Euripides Herc. fur. 1368. Versu extremo τὸ ἡρῷον vel τοῦ ἡρῴου vestigia adparere haud inepte conieceris. — Mira multa, incerta plurima esse patet, quibus tamen certiora non substituam. Rusticorum autem hominum carmen vix est, si quidem recte conicio v. 2 ex Anacreontis elegiis desumptum esse fr. 94 B.

οὐ φιλέω ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων
νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει·
ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης
συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

Koehler, qui descripsit, iterum examinato lapide haec tradidit: 1 post ἀνήρ haec ΟΤ. Ο▮Ε▮|ΤΑΗΟΝΕΙΑ 2 ϟΥΝΜΕΙϟΙ 3 ΠΝΑΘΟ/| ΟSΟΙ+▮ ΟΙΕΤΕ. — Extrema spatio interiecto extra versuum ordinem posita ΤΟΗΕΡΟΤΟΓ. — Inter sepulcralia rettuli cum Kirchhoffio.

SAECULI QUINTI.

20. In Ceramico positum fuisse titulum testis est Pausanias I 29,7. Kirchh. 441. Ad dextram nominum tabulae superest vocabulum *μαρνά-*[*μενοι*, quod cum undique mutilus sit titulus, ne hoc quidem sciri potest, quo versus loco positum fuerit. Nec tamen neglegi fas duxi, quia certis omnino rationibus Boeckh demonstravit fragmentum esse epitaphii quod sociis Cleonaeis in pugna Tanagraea occisis Athenienses publice posuissent.

---

21. In campo Academiae (i. e. in Ceramico), nunc in museo Britannico. Anaglypho, quod periit, tres bellatores nudi exsculpti, quorum sinister humi iacet hasta medii ictus, dexter aversus ab his vibrat hastam. Kirchhoff 442. Novum apographum ed. Hicks *Inscr. gr. mus. Brit.* I 111.

a. *Ἀθάνατόμμε [θ]α[νοῦσιν ἔθηκαν σῆμα πολῖται*
σημαίνειν ἀρετ[ὴν τῶνδε καὶ ἐσσομένοις,
καὶ προγόνους[. . . . . . . ἀρετῆς δέ
νίκην εὐπόλεμομμνῆμ' ἔλαβον [σ]φ[ετέρας.

b. *Αἰθὴρ μὲμψυχὰς ὑπεδέξατο, σώ[ματα δὲ χθὼν*
τῶνδε, Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πύλας ἔδ[αμεν·
ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, ο[ἱ δὲ φυγόντες
τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο [βίου.

c. *Ἄνδρας μὲμπόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δ[ῆμος Ἐρεχθέως,*
πρόσθε Ποτειδαίας οἳ θάνον ἐμπρ[ομάχοις,
παῖδες Ἀθηναίων, ψυχὰς δ' ἀντίρρο[πα θέντες
ἠ[λλ]άξαντ' ἀρετὴν καὶ πατ[ρίδ'] εὐκλ[έισαν.

Unius Fauvelii fide haec constant: 1 ΟΜΜΕΟΑ 2 ΑΡΕΤ 3 post *προγόνους* (quod ex Hicksii apographo nunc certum est) ΘΕΝΕΞ vel ΘΝΝΕΞ 4 ΑΒΟΙ.Φ. — v. 1—4 Boeckhii supplementis, quae vv. 5—12 certa sunt, mea praetuli, nisi quod v. 3 nihil certi video cf. [Simon.] ep. 105 B. *κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι* — 6 ΕΙ Hicks, qui male legisse videtur. — 5sq. ne in funebri quidem publica laudatione nova Euripidea philosophandi ratione abstinetur. — De re ipsa Thuc. I 63 *Ἀθηναίων δὲ αὐτῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν (ἀπέθανον) καὶ Καλλίας ὁ στρατηγός.*

---

22. In Aegina insula. Ed. Kirchhoff *Act. acad. Berol. minor.* 1873 p. 265.

Χαίρετε οἱ παριόντες, ἐγὼ δὲ Ἀντιστάτης υἱὸς Ἀτάρβου
κεῖμαι τῆιδε θανὼν πατρίδα γῆν προλιπών,
Ἀντιστάτης Ἀθηναῖος.

Sub ol. 83 titulus editori scriptus videtur. — 2 poeta cum extrema scriberet oblitum se esse sensit patriam indicare; itaque qua sola potuit ratione patriae nomen infra subiecit repetito mortui nomine.

---

23. Thorici. Ex suo ectypo Belger benigne edendum permisit.

Καλλίμαχος.
Καλλιμάχου μνημεῖον ἐν ἀνθρώποισι τόδ' ἔσται·
χαίρετε δ' οἱ παριόντες, ἐ[γ]ὼ δὲ λιπὼν πατρίδα ἐνθάδε κεῖμαι
δύσμορος, οὐδὲ φίλους γονέας ἐπιδών.

IV saeculi ineuntis. v. 3 ὀδέ ex falsa analogia scriptum et φίλος. Tamen huc rettuli epigramma praecedenti simillimum, nisi quod Callimachi patriam indicare oblitus plane est poeta. — 1 μνημεῖον monumentum, non sepulcrum. — 2 ΕΓΙΩ.

SAECVLI QVARTI ET TERTII SECVNDIVE.

24. *Ad ecclesiam Catholicam.* Boeckh C. I. 173 e Pocockio et Mustoxyde.

Εἰ] τοιῶνδ' ἀνδρῶν εἴη πόλις, οὔποτ' ἂν αὐ[τῆς
ἐχθροὶ στήσαιεν Ζηνὶ τρόπαιον ἕδος.

In altero latere:

Κ]τ[ώμ]ενον εὔκλειαν [δ]ορὶ καὶ χερὶ τόνδε πρὸς ἀ[νδ]ρὸς
ἐχθροῦ Ἀρι]σ[τ]όκ[ριτ]ον ὤλεσε θοῦρος Ἄρ[ης.
— — — — — — — — — — —

Ante med. IV saec. v. 1 ἔη et ὄποτ', v. 3 εὔκλεαν — 1 εἰ suppl. G. Hermann *Diar. litter. Lips.* 1829 mens. Jan. αὐτῆς ego restitui. — 3 ΤΟΛΕΝΟΝ corr. Boeckh. σὺν δορὶ καὶ χερί Aeschylus Agam.

110 Herm. — 4 - . . . - Σ . ΟΚ . . ΚΟΝ Πλειστόκριτον Boeckh, Ἀριστόκριτον Cuman. 3486, quo probato addidi ἐχθροῦ. Syllaba ultima prioris pentametri partis correpta a nomine excusationem habet. — 5 . . . . . ξοχας . . .

***25.** Anaglyphi fragmentum (eques nudum hostem proculcans) prope urbem repertum, nunc in museo Berolinensi. Ross *Mus. Rhen.* VIII 125. E Ribbeckii apographo Welcker ibid. 625.

. . . . ἕταροι δέ τε πάντες ἴ]σασιν
καὶ πατρὶς ὡς πολλοὺς ὤλεσα δυσμε[νέων·
ὑμεῖς δ', ὦ παριόντες, ἐνὶ ξείνοισι γεν]έσθε
μάρτυρες ὅσσ' ἀρετῆς (σ)τῆσα τρόπαια μά[χης.
. . . .]υλος Φλυεύς.

Ante med. saec. IV. v. 2 πολλός. — supplevi v. 1 et 3. — 1. ΩΣΑΣΗ Ross ΣΑΣΙΝ Ribb. Ω nunquam fuit in lapide. — 4 cf. versum Aristophaneum ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τρόπαια.

---

26. Ad portam Acharnensem repperit Fauvelius, ex cuius apographo C. I. 175. Denuo descr. Cuman. 16.

Μν[ᾶ]μα [τόδ' ἐστ' ἐ]πὶ σ[ώ]ματι κείμενον ἀνδρὸς ἀρίστου·
Πυθίων ἐγ Μεγάρων δαιώσας ἑπτὰ μὲν ἄνδρας,
ἑπτὰ δὲ ἀποῤῥήξας λόγχας ἐνὶ σώματι ἐκείνων
εἵλετο τὰν ἀρετὰν πατέρα εὐκλείζων ἐνὶ δήμωι·
οὗτος ἀνήρ, ὃς ἔ[σ]ωισεν Ἀθηναίων τρεῖς φυλὰς
ἐκ Παγᾶν ἀγαγὼν διὰ Βοιωτῶν ἐς Ἀθήνας,
εὐκλέισε Ἀνδοκίδαν δισχίλοις ἀνδραπόδοισιν·
οὐδένα πημάνας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
εἰς Ἀίδα κατέβα πᾶσιν μακάριστος ἰδέσθαι.
φυλαὶ αἵδ' εἰσίν· Πανδιονὶς Κεκροπὶς Ἀντιοχίς.

Ante med. saec. IV. scriptum v. 5 τρε̃ς et v. 9 ἐς. Pessimum epigramma referri potest ad pugnam Corinthiacam a. 394, quamquam singula nescimus cf. Xen. Hellen. IV 2. — 1 μνῆμα corr. Jacobs. — τόδ' ἐστι scripsi. ἰδὲ τοῦτ' Visconti. βλέπεις Jacobs. — σάματι corr. Bekker. — 5 ΟΣΕΩΙΣΕΝ. scripsi ὃς ἔσωισεν una addita littera, nisi malis una mutata ὃς σῶισεν. reliqui ἐσάωισεν. — 7 correxerunt δισχιλίοις. — 10 non scriptum φυλαὶ δέ.

***27.** Ad Olympieum. *Ephem. archaeolog.* 545.

Ὦ Χρό]νε, παντοίων θνητο[ῖς πανεπίσκοπε δαίμων,
ἄγγελ]ος ἡμετέρων πᾶσ[ι γενοῦ παθέων·
[ὡς ἱερὰν σώζειν πειρώμενοι Ἑλλάδα χώραν
Βοιωτῶν κλεινοῖς θνήσκομεν ἐν δαπέδοις.]

Fragmentum teste Koehlero inter annos 350 et 300 scriptum superest de epigrammate Anth. Pal. VII 245, ubi perperam Gaetulici nomine fertur. Epitaphium esse eorum qui in pugna Chaeronensi ceciderunt exposui in dissertatione *de monumentorum aliquot graecorum carminibus* (Bonnae 1871). L. Spengelii scrupulos (*Act. Monac. acad. minor.* m. Mai. 1875) tollit egregia Kirchhoffii coniectura, quam utendam mihi benigne permisit, Dem. *π. στεφ.* 290 verba *καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ* (cf. § 289) *μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεοῦ καὶ πάντα κατορθοῦν* interpolata esse.

***28.** In Propylaeis. Rangabes *Antiquités hellén.* 2204. Cuman. 3480.

Ο[ὐ]δὲν ἐλευθερίας κρεῖττ[ον πέλει ἀνδράσιν ἐσθλοῖς,
ἧς] ο[ἵ]δε ἱέ[μ]ενοι [θ]νῆι[σκον . . . . . .
ναυμαχίας ἐν ἀγῶνι· τάφ[ος δ' ὃν δῆμος ἔδωκεν
φράζει κ[αὶ]πατρίδ' α[ἵ]ς [ἠγλάισαν χάρισιν.

Supplevi ut potui; lapis valde detritus, a dextra fractus. — 2 . . ο ΔΕΙΕ ΕΝΟΙΟΝΗΤ Rang . . . ο . ειςΓενοιον ΙΙΙ Cuman. . . . ΙΑΙΙΕΞΕΝΟΙΟΝΗΤ ego. verbum θνήισκω certum est, minus certum ἱέμενοι.

---

29. Athenis. E schedis Fourmonti C. I. 1042.

Μοχθηρᾶς ὅδ' ἔβη νέ]ατο[ν πρ]ὸς τέρμα κελ[εύ]θο[υ,
εὔκλειαν δ[ὲ] β[ί]ου [κάλλιπ' ἀποφθίμενος·
καὶ γὰρ ἐλευθερίας κλεινοῖ]ς ἐν ἀγῶσι δαμέντα
Ἰσ[. . . .]ν πατρί[α χθὼν ἐκάλυψε τάφωι.

Supplevi. 1 ΑΤΟΓΒΟΣ-ΚΕΛ-ΘΟΙ πρὸς τ. κελεύθου dedit ipse Boeckh. — 2 ΔΒΡΟ correxit Wilamowitz. — 4 nomen fuit velut Ἰσόνομον.

---

30. Salamine. *Ephem.* 2565.

Εἷλε σό[ν], Ἡράκλειτε, καὶ αἰνετὸν υἷα [Δ]εαί[ν]ης
εἷλεν θαρραλέης [αἶσ]α Λέοντα μάχης·
ἀγχιάλου Σαλαμῖνος ὃ γὰρ κλήροισιν ἀμύνων
δυσμενέων ὀλοὸν τραῦμα κατηγάγετο.

ζηλοῦτ' ἀλλὰ νέοι τὸν ὁμήλικα· [κά]θθανε γάρ που
μηδοφόνων ἀρετᾶς μνωόμενος πατέρων.

Vidit Vsener *Mus. Rh.* XXIX 25 sqq. heroum (v. 5) Antigoni Gonatae esse, filii Demetrii Poliorcetae, qui cum Antigonus pater diadochus fuerit, ipse recte *ἐπίγονος* vocatur (v. 8). Vxorem duxerat Philam germanam Antiochi sororem (v. 8.) anno fere 276. In ipso sacri nemoris aditu Mercurii signum positum erat *τεμενουροῦ*, qui Pheneates nescio an nullo consilio nominetur. Invitat deus adpropinquantes ut si quid arte musica valeant Musis sacra faciant: paratam enim esse thymelen stadium palaestram balnea, Antigoni praeterea heroum et Panem tibicinem. Panem autem ideo ab Cnidiis prope Antigoni heroum positum esse demonstrat Vsener, quod rex cum inlustrem suam de XVIII milibus Celtarum victoriam illius auxilio tribuisset, praecipuo inde deum *τροπαιοφόρον* honore habuisset.

---

782. Halicarnassi. Newton *Discoveries* I tab. 96, 65.

Δεξιτερήν,] πα[ράγ]ω[ν κῆπον, ξ]ένε τοῦτο [χαράδ]ρης
. . . . χ]εῦμα λιπών, ἀτ[ραπὸν] ἐξανάβα.
εἰ δ' . . . . καὶ πατρὶ ἐπείγηι
ἱερά, τῆ[ς] λαιῆς βαῖνε [δι'] αἱμ[α]σιέων.
οὗτοι κἄ[ι]μ' ἐκάμοντο τὸν ἐν γονάτεσσι Πρίηπον
ἔργα τε [κ]αὶ βωμοὺς συγγενέων ἐφορᾶν.

III vel II saeculi. — 1 ΓΑΙΑ⁻ΩΙ . . . . . ΕΝΕΤΟΥΤΟΑ ΑΛΡΗΣ *χαράδρης* editor. — 2 ΑΤΙ . . . — 4 suppl. editor. — Secundum et tertium distichon haud leves movent difficultates. Pronomen *οὗτοι* (v. 5) si recte haberet nominatos fuisse doceret homines ad minimum duo: nullo autem artificio versui tertio, ubi patet lacuna, duo intruseris hominum nomina;

nam *πατέρα* non hominem sed deum intellegendum esse res ipsa clamat. Sequitur v. 5 initium non sine vitio traditum esse ΟΥΤΟΙΚΑ///ΛΕΚΑΜΟΝΤΟ, quo sublato haec temptavi:

εἰ δ[ὲ πρὶν ἐξανύσαι κἀμοὶ] καὶ πατρὶ ἐπείγῃ
ἱερά, τῆ[ς] λαιῆς βαῖνε [δι'] αἱμ[α]σιέων·
οὖ[ρ]ο[ν γ]ά[ρ] μ' ἐκάμοντο κτλ'.

ubi *pater* Priapi Mercurius est eiusque sacellum significatur v. 6 verbis *βωμοὺς συγγενέων*. Itaque viatorem adloquitur Priapus vetansque ne per hortos iter quaerat rectam viam monstrat; addit autem quasi iocatus *si tamen priusquam iter persequaris mihi patrique sacram vis operam inpendere, per hos frutices* (*αὐτοῦ ἐφ' αἱμασιαῖσι τὸν ἀγρυπνοῦντα Πρίηπον ἔστησεν λαχάνων Δεινομένης φύλακα* A. Plan. IV 236) *molestam sane viam ingredere ad sinistram; me enim custodem posuerunt et hortorum et patris arae.* — 5 *ἐν γονάτεσσι* cur constiterit deus explicabit sciscitanti Apollonidae epigr. A. Plan. IV 239.

---

783. Cnidi. Newton *Discoveries* I tab. 90, 31 coll. II 460.

Ἐπὶ νεοπολιτᾶν προστατᾶν ἀφικόμαν
Ἑρμᾶς Ἀφροδίται πάρεδρος· ἀλλὰ χαίρετε.

οἵτινες δ' οἱ προστάται, γραφὴ παροῦσα σημανεῖ·
Τιμοκλείδας, Κριταγόρας, Ἀριστάγαθος, Σιλεωνίας,
Τιμοτέλης, Πάννικος, Εὐκλῆς, Κρέων, Φίλων, Ἀρχέστρατος,
Ἀγαθόδωρος, Ξενόκριτος, Τελέσων, Πολιάνθης, Σωσικλῆς.

Litterae Γ et Σ. — 1 sq. *προστατᾶν* minime publicum intellego munus, sed hoc poeta dicit: *quindecim viri, quorum nomina infra scripta, aliunde Cnidum profecti Cnidiam civitatem adepti sunt eorumque auspiciis* (*προστασίᾳ*) *Mercurius, quem olim in ipsorum patria maxime coluerant cuive ut mercatores inprimis addicti erant, Veneri socius conlocatur.* — 4 *Σιλεωνίας* nomen suspectum.

---

784. Antipoli aedicula reperta. Froehner *Rev. archéol.* 1867 I 360.

Τερπνῶν εἰμι θεᾶς θεράπων σεμνῆς Ἀφροδίτης·
τοῖς δὲ κατ[α]στήσασι Κύπρις χάρι[ν] ἀνταποδοίη.

III vel II saeculi. — Explicat Buecheler: *aedicula sum venustorum Veneris famulorum i. e. Amorum.* — 2 ΚΑΤΣΤ — ΧΑΡΙΛΝΤΑΠΟΔΟΙΗ.

---

785. Cnidi. Post alios ed. Newton *Discoveries* I. tab. 89, 15.

Κοῦραι καὶ Δάματρι οἶκον καὶ ἄγαλμ' ἀνέθηκεν
Χρυσογόνη[ς] μήτηρ, Ἱπποκράτους δὲ ἄλοχος
Χρυσίνα, ἐννυχίαν ὄψιν ἰδοῦσ' ἱεράν.
Ἑρμῆς γάρ νιν ἔφησε θεαῖς (σ)τάθ[μ]ηι προπολεύειν.

II vel I saeculi. — 2 cf. supra n. 750 Ἀσφαλίου μήτηρ, Θερσιέπους θυγάτηρ, quae mulier et ipsa sacerdos est. — 4 ΘΕΑΙΣΤΑΘΝΗΙ δάφνηι Bursian *Act. societ. Saxon.* 1860 p. 205, τὰ θύη Keil *Philol. vol. suppl.* II 622. Explico quod posui: *inperavit deus ut amussi, fabrorum instrumento deabus serviret*, quibus recte intellectis illa et domum (v. 1) aedificavit et simulacrum posuit.

---

786. Halicarnassi. C. I. 2661.

Νόσσος Μυρμιδόνος κούραν Διὸς ἄνθετο παῖδα
Ἄρτεμιν εὐόλβωι τῶιδε παρὰ προπύλωι,
Φοίβωι Ἀγυιεῖ τάνδε νέμων χάριν, οὗ περὶ κρατ[ί
δάφνας εὐσάμους κλῶνας ἀναστέφεται.
ἀλλὰ σ[ὺ] οἱ τιμᾶς [μέρος ἄλλο τι πέμπ'] ἐπὶ τῶιδε,
ὦ ἄ[να], τᾶ[ι] μεγάλα[ι ταύται] ἐπ' εὐσεβίαι.

II fere saeculi. — 1 παῖδα intellego Dianam virginali habitu indutam. — 3 falso interpretes (cf. Welcker *Syll.* 121) Apollinis statuam coronatam dici aiunt; immo Nossus lauri coronam sacerdotiique honorem sortitus (cf. Boeckh ad C. I. 2880. 2884) Phoebo gratias referens Dianae sororis imaginem dedicat. Verum docere poterat medium genus ἀναστέφεται. — 5 ΑΛΛΑΣΤΟΙΤΙΜΑΣ — 6 ΩΣΑ . . ΤΑΜΕΓΑΛΑ Boeckh ἄλλας τοι τιμὰς [ἐπιθήσων, Φοῖβ',] ἐπὶ τῷδε, ὡς ἄρα τᾷ μεγάλᾳ [τέρψῃ] ἐπ' εὐσεβίᾳ, quod parum ex veterum sententia dictum videtur, qui dis non solent ulteriora polliceri nisi ἀντίδωρον ante acceperint; cf. A. P. VI 146 et 152 ἢν δέ τι μεῖζον - δωρήσῃ, τίσει τῶνδε πολυπλάσια, aliaque multa. Mihi cum persuasum esset eandem reciperandam esse sententiam quae est A. P. VI 182 ᾧ δ' ἀπὸ δρυμῶν - πέμπε κράτος ταύτῃ, δαῖμον, ἐπ' εὐσεβίῃ, supplementa posui, in quibus quid certum quidve incertum sit ipsi videbunt periti. — ἐπὶ τῷδε i. e. praeter sacerdotium tunc ipsum oblatum.

787. In luco Musarum Heliconio. Schillbach *Progr. d. Elisabethgymn. zu Breslau* 1862.

— — — — — — —

Ἡ Ζηνὸς Διὶ τόνδε Πολύμνια νέκταρος [ἀ]τμὸν
πέμπω, τὴν ὁσίην πατρὶ τίνουσα χάριν.

II fere saeculi. — Supra versus scripta nescio quo pertineant

ΚΛΥΜ
Θ Ε Ι

1 νέκταρος ἀτμόν post multos aliorum errores recte explicavit E. Plew *Annal. Fleckeis.* 1872 p. 314 coll. Pind. *Olymp.* VII 7 καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτόν, Μοισᾶν δόσιν, ἀεθλοφόροις ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρπὸν φρενός. Similiter Antipater Sidonius, non diligens solum sed scitissimus Pindari imitator A. P. VII 29 σὺ μελίσδων - βαρβίτου ἀγκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.

---

788. In luco Musarum Heliconio. Decharme *Missions scientif.* IV 536.

Τερψιχόρα
ε(ὐχὴν) ε(ὐξάμενος).

Κ]ισσὸς Τερψιχόρηι, Βρομίωι δὲ πρέ[πει λιγὺς αὐλός,
τῆι μὲν ἵν' ἔνθεος ᾖ, τῶι δ' ἵνα τερπν[ὰ πνέῃ.

nomen dedicantis . .] στου.

II fere saeculi. — Litteras supra scriptas Ε Ε recte ab editore explicatas esse non ego auctor sum; confert Marinii *Fratr. Arv.* II 572. — Terpsichoren et Dionysum sumpsi insignia inter se conmutasse, ut hedera iam Musa, tibiis deus uteretur; tibias enim donavit Terpsichore, cf. A. P. IX 504.

---

789. Constantinopoli. C. I. 2037.

Αὕτη Μνημοσύνη, Διὸς εὐνέτις, ἣ τέκε Μούσας.

Litterae vulgares. — Vt haec quoque Mnemosynes imago, quae in promptu est coniectura, in Musarum luco Heliconio posita fuerit, tamen ex diversa epigrammatum indole patet non eiusdem statuarum ordinis fuisse, cuius Polymniae et Terpsichores statuae, cf. nn. 787 sq.

---

790. In Achaiae vico, qui ἡ κάτω Ἀχαΐα vocatur, veteris Dymae loco. Rangabes 2218.

Χαῖρέ] μοι, κά(λ)λιστε καλῶν ἠιθέων Πολύστρατε,
ἀλκίμ]ωι μάλιστα πάντων Ἡρακλεῖ τετιμένε,
ὃς πάλαι] δάμης ὑπ' αἰχμῆς θουρίων Μολινιδᾶν,
πυκνὸν] Ἀλκείδηι κορύσσων οὐλαμὸν παραστάτης,
ἔγχος ὀξ]ύνας σιδήρω[ι τ]ὸ πρὶν ἐστομωμένον.
ἀλλ' ἔθνησκες· ἐκ δ'] ἄρ' ὅσσων οὐ πάρος δεδευμένων
Ἡρακλεῖ κατῆλ]θε δάκρυ καὶ γοηρὸν ἴαχεν,
χαλκέωι χαίτην δ' ἄπλ]εκτον ἐσκύθιξε φασγάνωι

— — — — — — — — — — — —

Lucem titulo adspergit Pausanias VII 17, 8 *ὀλίγον δὲ πρὸ τοῦ ἄστεως ἐστι τῶν Δυμαίων ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τάφος Σωστράτου· μειράκιον δὲ ἦν τῶν ἐπιχωρίων, γενέσθαι δὲ Ἡρακλέους ἐρώμενόν φασιν αὐτόν, καί, ἀποθανεῖν γὰρ τὸν Σώστρατον Ἡρακλέους ἔτι ὄντος μετὰ ἀνθρώπων, οὕτως οἱ τὸν Ἡρακλέα τό τε μνῆμα αὐτὸν εἶναι τὸν ποιήσαντα καὶ ἀπαρχὰς ἀπὸ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν δοῦναι. ἐπίθημα δὲ καὶ εἰς ἐμὲ ἔτι στήλη τε ἦν ἐπὶ τοῦ χώματος καὶ Ἡρακλῆς ἐπειργασμένος. ἐλέγετο δὲ ὡς οἱ ἐπιχώριοι καὶ ἐναγίζουσι τῷ Σωστράτῳ.* Haec adeo cum titulo consentire vides ut quae discrepent aut Pausaniae tribuas errori aut eorum a quibus ille fando accepta rettulit. Neque enim is est scriptor quem *Polystratum* et *Sostratum* nomina inter se confudisse incredibile sit, cum praesertim paullo post (c. 17, 14) de Sostrato Pellenensi olympionica narrandum fuerit, et Dymaeos, quorum urbs variis temporum vicissitudinibus post Augustum in oppidi vicive exiguitatem redacta erat, ne ipsos quidem satis iam rem exploratam habuisse facilis est suspicio: illud certe non videtur a Dymaeis conperisse Pausanias Polystratum in Molinidarum pugna cecidisse. — Litterae cum macedonicae quam vocant aetatis sint, ante annum 208 scriptus titulus videtur, quo quidem anno urbs fidem Philippo regi servatam Romanorum excidio luebat, eis autem quae proxime antecedunt temporibus crebris Eleorum Aetolorumque incursionibus petebantur Dymaei frustraque Aratum auxilio vocabant, donec a. 219 cum Elei Teicho castello prope Dymen sito capto iam ipsi urbi obsidionem minarentur, mercenariorum manu coacta Philippo rege auxilio veniente hostes feliciter fugaverunt agrosque eorum ingressi vastaverunt. Hanc fortasse victoriam Polystrati operae tribuebant qui ut olim Herculis ita civium tum *παραστάτης* extitisset; gratias autem referentes heroi veteres renovabant honores restitutoque sacello diu neglecto titulum inscripserunt in rei bene gestae memoriam; quem etsi mutilus ad nos pervenit (multo enim videtur amplior fuisse), boni tamen poetae esse adparet, tantaque

eius dicendi sentiendique similitudo est cum Alcaei Messenii ep. A. P. VII 412, ut haud citra probabilitatem conicias ipsum Alcaeum Dymaeis carmen scripsisse. Illius enim quod dixi hoc est epigramma:

Πᾶσά τοι οἰχομένῳ, Πυλάδη, κωκύεται Ἑλλάς,
ἄπλεκτον χαίταν ἐν χροὶ κειραμένη·
αὐτὸς δ' ἀτμήτοιο κόμας ἀπεθήκατο δάφνας
Φοῖβος, ἑὸν τιμῶν, ἣ θέμις, ὑμνοπόλον·
Μοῦσαι δ' ἐκλαύσαντο· ῥόον δ' ἔστησεν ἀκούων
Ἀσωπὸς γοερῶν ἦχον ἀπὸ στομάτων·
ἔλληξεν δὲ μέλαθρα Διωνύσοιο χορείης,
εὖτε σιδηρείην οἶμον ἔβης Ἀΐδεω.

De Herculis expeditione Eliaca alio loco dicetur; iam ipsum epigramma paucas postulat notulas. — 1 ΚΑΛΙΣΤΕ cf. Anacr. fr. 114 B. et Simonid. fr. 171 *μοῦσά μοι Ἀλκμήνης καλλισφύρου υἱὸν ἄειδε· - υἱὸν Ἀλκμήνης ἄειδε Μοῦσά μοι καλλισφύρου.* — 2 *Διὸς ἄλκιμος υἱός* Hercules ap. Pind. *Ol.* X 44. — 4 Hesiod. *Scut.* 198 de Pallade *τῇ ἰκέλη ὡςεί τε μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν - ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσίν.* — 7 A. Plan. IV 138 *παισὶν ἐπ' οἰκτίστοις δάκρυ κατερχόμενον*, ubi non debebat Dilthey (*Mus. Rh.* XXVII 311) *κατειβόμενον* corrigere. — ibid. *γοηρὸν ἴαχεν* cf. Alcaei epigr. supra adscripti v. 6. — 8 cf. Alcaei ep. v. 2.

AETATIS ROMANAE.

***791.** Athenis ad Erechtheum. Ross *Arch. Aufs.* I 179.

Τόνδε Λυκο[κλείδης καὶ Ξειναγόρας] κατ' ὄνιρον
τῶι ξείνων ἐφόρωι βωμὸν ἔθε[ν]το Διί.

1 nomina supplevit Ross; videntur illi pro Atheniensium hospitio gratias agere. — Paus. I 26,5 *πρὸ δὲ τῆς ἐςόδου* (Erechthei) *Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου*, eodem vero iure Iovem *Πολιέα* intellegere poteris, de quo Paus. I 24, 4.

***792.** Athenis in odeo Herodis. De anaglypho superest inferior viri pars (Artemidori) iuxta aram adstantis. *Ephem.* 3182. Kekulé *Theseum* 137.

Ὑψιμέδων, ὕπατε πάτερ εἰρήνης βαθυκά[ρπου,
σὸν Ἐλαίου βωμὸν ἱκετεύομεν ἡμεῖς,

Θρήικες οἱ ναίοντες ἀγακλυτὸν αστυ τὸ . . . . .
Ἀρτεμίδωρος (σ)ὺν ἀδελφῷ τε κα[ὶ τεκέεσσιν,
οὕνεκά οἱ ἐπένευσας ἰδεῖν [ἄ]λὸ[ς ἔκτοθι γαῖαν.

ἀγαθῆι [τύχηι.

II p. Chr. n. saeculo convenit ᴇ forma. — 1 ΒΑΘΥΚΑΙΙ suppl. Pittaces. — 2 Ἐλέου aram recte idem intellexit, quae cum Iovis ἀγοραίου ara coniuncta videtur fuisse, cf. Paus. I 17,1. Ceterum poterat scriptor integrum hunc facere versum σόν θ' Ἐλέου θ' ἱεροὺς βωμοὺς ἱκετεύομεν ἡμεῖς. — 3 ΤΟ . . ΡΑϹ falsum Pittacis supplementum τὸ Σάρδεων, quoniam non rotunda ϵ, sed vulgari ᴇ forma utitur lapidarius; urbis nomen invenient alii. — 5 ΙΔΕΙΝ . \C sumpsi Artemidorum ex itinere reducem Iovi χαριστήριον vel σωτήριον obtulisse anaglyphum.

---

793. Apolloniae Phrygiae. C. I. 3973. Waddington ad Lebas V 1192.

Ἔτους ζμσ.

Γειαρότας δοιοὺς τούσδ' ἐθέμην Σάγαρις,
ἀντὶ βοῶν ζώντων τοὺς Δοκιμεῖς ἀρότας,
οὓς ἐσάωσε θεός, ὅτε βούβρωστις κατὰ γαῖαν
σαρκοβόρος δει[ν]ή τε, φόν[ω]ν βρείθουσα ἀλύκτων
κόσμον ἐπέσχετ[ο] πάντα· ἐμοὶ φύγον ἐκ(κ)αμά[τοιο
ἐργατίναι καλοί, ξανθοὶ γαίης ἀροτῆρε[ς.
καὶ βόας ἐγρύσω, ψυχὰς δὲ βροτῶν ἐσάωσ[ας
κἀ[κ] Γαλατῶν γαίης ἤγαγες ἐς πατρίδας,
υἷά τ' ἐμὸν κύδηνας ἐνὶ Τροκμοῖς ζαθέοι[σιν.
τουνεκεν οὐ μέγα δῶρον ἐγὼ τὸν βωμὸν ἔθ[ηκα·
τίς γὰρ δῶρον ἄνακτι θεῶ[ν ἀ]ντάξιον εὗ[ρεν;

Sullanae epochae a. 247, p. Chr. n. 162. Paullo ante Sagaris fame Apolloniae saeviente in Galatiam transfugerat contigeratque ei, ut et hominum et boum vitas servaret. Grates Iovi acturus boves duos ex marmore docimeno factos consecrat, cf. Macedonii ep. A. P. VI 40. — 4 ΔΕΙΜΗΤΕΦΟΝΟΝ φόνων scripsi, non audens tamen δαικτῶν ponere pro ἀλύκτων. — 5 ΕΠΕϹΧΕΤΕ correxi. — ΕΚΑΜΑ corr. Franz. — 8 ΚΑΙ correxi. — 11 θεῶν Waddington, εὗροι ante Buechelerum, quod tamen falsum esse nondum mihi persuasi.

794. Neopaphi Cypriorum. Ross *Mus. Rh.* VII 521. Waddington ad Lebas VII 2788.

a. *Ἀσπί]δα καὶ Νείκην Παλλὰς χερὶ θ[εῖσ]α . . . .*
ὅπ]λων οὐ χρήζω πρὸς Κύπριν ἐρχομένη.

b. *Κεκρο]πίδης μ' ἀνέθηκε πάτρης ἄπο πατρίδ' ἐς ἄλλην*
Ἑρ]μόδοτος Παφίοις Φειδιακὴν χάριτα.

1 fortasse a. Chr. n. saeculi. — 1 ΧΕΡΙΘΙ . . ΑΙ . . . . . — 2 . . ΛΩΝ ἀσπίδα et ὅπλων certatim omnes reposuerunt Certus v. 1 est dativus χερί neque dubium quin verbum θεῖναι sequatur; obscurum tamen cuius manui committat scutum et Victoriam; nam χερὶ θεῖναι *in manus sumere* non rectius diceretur, quam ἐν φρεσὶ θεῖναι *mente aliquid amplecti.* Quod Welcker (*Mus. Rh.* VII 524) proposuit θεῖσα ἐνὶ ἄλλῃ vix verum est. Clarum tamen est Minervam Athenis relictis in Cyprum transituram arma seposuisse, ut quae Veneris hospitam non iam decerent. — 3 Κεκροπίδης Ross. — 4 Ἑρ]μόδοτος Waddington. Cf. epigr. Paus. VIII 5,3 Λαοδίκης ὅδε πέπλος· ἑᾷ δ' ἀνέθηκεν Ἀθηνᾷ. πατρίδ' ἐς εὐρύχορον Κύπρου ἀπὸ ζαθέας. — Φειδιακὴ χάρις non est, ut Welckero videtur, *ars attica,* sed *imago Phidianae Minervae similitudinem referens,* quae num praeter scutum et Victoriam etiam hastam posuerit non liquet.

---

795. *In agro Athenarum,* Cyriacus, ex quo C. I. 474.

Τὴν ὑπάτην ἄφεσιν [nomen dedicantis *ἔ*]*στησεν Ἀθηνᾶν,*
εὐχόμενος πάτρῃ τὴν γλυκερὴν ὑγίην.

1 ΑΦΕΣΙΝΦΕΣΙΝΤΗΣΣΤΗΣΕΝ dittographiam perspexit Dorville *Charit.* p. 432. De voce ἄφεσις cf. Paus. V 15,4. — Rem declarat quem idem Dorville adtulit locum Pausan. I 31,6 καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγιείας· τὴν δ' Ἱππίαν Ἀθηνᾶν ὀνομάζουσι κτλ'. Adde Paus VIII 47,1 τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν Τεγέᾳ τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐκομίσθη μὲν ἐκ δήμου τοῦ Μανθουρέων, Ἱππία δὲ παρὰ τοῖς Μανθουρεῦσιν εἶχεν ἐπίκλησιν . . . Ἀλέαν μέντοι καλεῖσθαι καὶ ταύτην ἔς τε Ἕλληνας τοὺς ἄλλους καὶ ἐς αὐτοὺς Πελοποννησίους ἐκνενίκηκε. τῷ δὲ ἀγάλματι τῆς Ἀθηνᾶς, τῇ μὲν Ἀσκληπιός, τῇ δὲ Ὑγίεια παρεστῶσά ἐστι λίθου τοῦ Πεντελησίου, Σκόπα δὲ ἔργα τοῦ Παρίου. Igitur quam ille ad summum carcerum ostium conlocavit Minervam ad Ὑγιείας similitudinem efficta erat. Eodem fere loco Mercurium positum habes A. P. IX 319:

Τληπόλεμος ὁ Μυρεὺς Ἑρμᾶν ἀφετήριον ἕρμα
ἱροδρόμοις θῆκεν παῖς ὁ Πολυκρίτεω κτλ'.

in quo Philoxeni epigrammate mirum est quod, cum Salmasius Tlepolemum eum dici intellexisset, qui a Pausania V 8, 11 Lycius genere olympionica nominatur, nemo foedissimo sublato vitio restituit Τληπόλεμος Λιμυρεύς.

---

*796. Athenis in arce. *Ephem.* 3723.

Ἀγαθῆι [τύχηι.

Δέσποινα Παλλάς, τοὶ [τόδ', ῇ σοφῶν μέλει
φρόνησις ἀνδρῶν καὶ λ[ιθοξόων τέχνη,
οἱ] καλλιτέχνεις [ἔργον ἄνδρες ἄνθεσαν.
— — — — —

Litterae rotundae ϵcω. — Sententiam indicans Buecheler *praedicari*, inquit, *Pallas videtur*, ῇ φρόνησις μέλει. — 3 ab initio sex litterarum spatium est, quod nisi numeros pessum dare malis aut casui aut errori tribues. — Virorum nomina cum lapis inferne fractus sit subscripta fuisse possunt.

---

797. Smyrnae. Hirschfeld *Act. acad. Berol. min.* 1875 p. 9. C. Curtius *ibidem* 1876 p. 349.

Σ]ωτῆρ' ἀνθρώπων Ἀσ[κληπιόν, ἔργον ἄμεμπτον,
σο]ὶ φρενὸς ἐξ ἰδίης γρά[μμα τόδ' εὑράμενος
Πλειστάρχου Δοκιμεὺς Ἀσκληπιάδης ἀνέ[θηκεν
πατρὶ τέκος, Παιὰν ὡς ἐκ[έ]λευσεν ἄναξ.
ἱλήκοις, ὦ Φοῖβε, σὺν υἱέι· τῷ δ' ὑγίειαν
δοίηθ', ὑμετέρην ὑμνολογοῦντι χάριν.

II fere saeculi. — 1 Ἀσκληπιὸν ἰητῆρα Curtius, qui v. 2 in pessimis Hirschfeldii supplementis adquievit. — 3 sic intellego: *Asclepiades Asclepii statuam ipsius Paeanis iussu* (nescio Apollinem intellegam an Asclepium) *Apollini dedicat.* Nam verba πατρὶ τέκος v. 4 cave interpreteris *Asclepio Asclepiades.* Videtur autem per somnium deus hoc iussisse. — 5 sq. editores nihil intellexerunt.

798. Augustoduni. C. I. 6797.

᾿Ιητῆ[ρι νόσων], φαεσιμ[βρό]τῳ ᾿Από[λλ]ωνι
ἄνασσα[ν] ᾿Εφέσου, Κρησίαν φαεσφόρ[ον,
εὐχὴν ἔθηκεν Εὔτυ[χος τέκνων ὕπερ.

1 et 2 suppl. Franz. — ΑΠΟ . . Ο | ΝΙ — 2 post ἄνασσα[ν] versiculus octo fere litterarum de industria exsculptus habuit fortasse Ἄρτεμιν, cuius quidem generis interpolamenta haud perhorrescebant lapicidae. — Κρησίαν intellege Βριτόμαρτιν.

---

799. In museo Britannico. Anaglypho expressus Apollo in cortina sedens adstantibus matre et sorore; accedunt vir duoque pueri romanam vestem induti. C. I. 1946.

Χαῖρ[ε μάκαρ βασι]λεῦ Παιάν, ἑκατηβόλ᾿ ᾿Απολ[λον·
Πο[ι]κ[ίλιος patris nomen . .]ου παῖς ἀνέθηκα τόδε.

Litterae vulgares praeter Π. — 1 suppl. Boeckh. — 2 nomen si displicet quodlibet quaere aliud. — Ex Graecia velut Delphis Delove lapidem adportatum credere minime opus; Apollinem cum Latona Dianaque cultum omnes tunc habebant, Romani inde a Veiis captis.

---

800. Epidauri. *Transactions of the Royal Society* 1847 II 231.

Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ καὶ υἱέι βωμὸν ἔθηκεν
ἀρητὴρ Μαίωρ.

Aesculapii sacra Epidauria notissima. — 1 poterat τε καὶ υἱέι.

---

801. Catanae. C. I. 5649 d.

Φ]οῖβον ἀκερσεκόμην, [ἑκ]ατηβόλον ᾿Απόλλωνα
ἱ]δρυσάμην Σή[μων], κόσμον [ἐμῇ] πατρ[ίδι.

2 Franz ἱδρυσάμην . . . . . . κόσμον [φίλῃ εἶναι] - πατρ[ίδι. — Non minus facile distichon efficias ex traditis hisce:

ΔΡΥΣΑΜΗΝΣΗΙ
ΚΟΣΜΟΝ
ΠΑΤΡ

---

802. Romae in basilica Iulia. Matranga *Bullet. arch.* 1853 p. 136.

Σ]οὶ τόδε, συριχτά, ἱ[μνη]πόλε, μείλιχε δαῖμο[ν,
ἁγνὲ λοετροχόων κοίρανε Ναιάδων,
δῶρον Ὑγεῖνος ἔτε[υξε]ν, ὃν ἀργαλέης ἀπὸ νούσου
αὐτός, ἄνα[ξ], ὑγιῆ θήκαο προςπελ[ά]σ[ας·
πᾶσι γὰρ [ἐν τεκέ]εσσιν ἐμοῖς ἀνα[φ]ανδὸν ἐπέστης,
οὐκ οναρ, ἀλλὰ μέσους ἤματος ἀμφὶ δρόμους.

Litterae traduntur vulgares, sed II p. Chr. n. saeculo vix antiquius est epigramma. — 1 male corrigunt συριχτάς, et monuit Buecheler συριχτά (sed correpta α littera) sollemnem esse in Theocriteis et anthologicis vocationem. — 3 *dedicavit Valentinus* (sic enim vertere licet Ὑγεῖνον), *quem tu demum validum fecisti.* — ΕΤΕ . . ΞΝ — 4 ΑΝΑ⁻ — 5 suppl. E. Curtius *Act. societ. Gotting.* 1859 VIII 166, conferens Aristid. *or. I* init. τὰ μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ παρὼν (ὁ θεός), τὰ δὲ τῇ πομπῇ τῶν ἐνυπνίων. Cf. Welckeri disputationem de incubatione *Kl. Schr.* III 144 sqq.

---

803. Delo Venetiam translatum. Anaglypho exsculpta *mulier mortua porrecta passo capillo, infra ara, in quam thus imponit togatus.* Boeckh C. I. 2292.

Σοί, Παιῆον ἄναξ Ἀσκληπιέ, τήνδ' ἀνέθηκεν
εὐξάμενος [σ]τήλλην λαινέην ὁ Βάλης,
νούσου ἐπεί μ' ἀκέσω βαρναλγέος· οὕνεκα τῶν πρίν
ὧν πάθον εἰαθεὶς ἐξ σέθεν οἶδα χάριν,
τοῦ δ' αὖ μέλλοντος [λ]οιποῦ βίου, ὃν [γε βιώσω
— — — — — — — — — —

Litterae vulgares. — 2 ΕΤΗΛΛΗΝ — 3 sqq. *quod nunc novissimo meo morbo medebaris hunc ipsum cippum tibi dedico; eorum quae antea bene mihi fecisti, grates habere satis est.* — 5 ΛΟΙΠΟΥ precabatur ut etiam in posterum sibi deus adesset.

***804.** Romae in plintho statuae. C. I. 5975.

Ἀμφὶ λί]θῳ, Σωτὴρ Ἀσκληπιέ, χρυσὸν ἔχευεν
. . . νος ὑπὲρ τέκνων [Σ]ιλονίου εὐξάμενος.

1 ͻωϹωΤΗΡ unde nec O. Muelleri ἐν ποδὶ σῷ nec Welckeri coniectura ἐν κόλπῳ probari potest. — 2 init. nomen velut Σέμνος. — ΓΙΛΟΥΙΟΥ corr. O. Mueller.

---

805. Smyrnae. C. I. 3159. Veronae descripsit Wilamowitz.

Κό(ιντος) Βαλέριος Ἰουλιανὸς Σμυρ(ναῖος).

Ἀσκληπιῷ ἰητῆρι Διὸς Σωτῆρος ἄγαλμα
σὺν βάσει ἀργυρέῃ γύψου μεστῇ ἀνέθηκεν,
ἄσταθμον ὡς εἴη καὶ ἀτείμητον καὶ ἄχραντον.

3 adscripsit Wilamowitz *quae nec pernumerare curiosi possint nec mala fascinare lingua.*

---

806. Prope Spartam. Kirchhoff *Hermae* III 449. Lueders *Bullet. arch.* 1873.

Ὀρθείῃ δῶρον Λεοντεὺς ἀνέθηκε βοαγός ΒΨΛ
Μῶαν νικήσας καὶ τάδε ἔπαθλα λαβών. ΒΨΛ

καί μ' ἔστεψε πατὴρ εἰσαρίθμοις ἔπεσι. ΒΨΛ

Leonteus βούαγορ (Hes. ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς) musici certaminis victor Dianae Orthiae consecrat praemium, cuius imago fortasse efficta fuit post v. 2, ubi in lapide tribus duodenarum fere litterarum versibus spatium vacat. — 3 epigrammatis ἰσοψήφου lusum pulcre perspexit Lueders; *et me decoravit pater versibus quorum singulorum litterae, si non litteras sed numeros esse sumas, aequalem summam efficiunt binorum milium septingenorum tricenorum.*

---

807. Therae in sella. C. I. Add. II 2465 b.

a. *Ε]ἵσατο τήνδ' Ἑκάτην πολυώνυμον Ἀρτεμίδωρος*
φωσφόρον, ἣν τιμῶσιν ὅσοι χώραν κατέχουσιν.

Μνημόσυνον Θ[ή]ρας πόλεως πα[ρ]ιοῦ[σι]ν ἔτευξεν
βάτθρα τά[δ'], ἔσ[τη]σέν τε μέλαν λίθον Ἀρτεμίδωρος.

5 b. *Ἥκω Πρίαπος [τῇ]δε Θηραιωπόλει,*
ὁ Λαμψακηνός, πλοῦτον ἄφθιτον φέρων,
καὶ σύμμαχος] πάρειμι καὶ παραστάτης
πᾶσιν] πολίταις τοῖς τ' ἐνοικοῦσιν ξένοις.

Litterae vulgares. — De sociatis Priapo et Hecate cf. Iahn *Specim. epigr.* p. 66. — Epigrammatis prioris recte Boeckhium duas adgnovisse

partes vel iteratum docet Artemidori nomen. — 3 ΘΥΡΑΣ — ΠΑΤΙΟΥΗΝ — 4 ΤΑΛΕΣΙΙ . ΣΕΝ corr. omnia Boeckh. — 4 βάθρα videtur ipsa sella, μέλας λίθος scabellum vocari sellae subpositum. — 5 ΠΟΣ◡Ι . . . ΔΕ corr. Boeckh idemque proxima supplevit, nisi quod v. 8 τοῖσιν dedit pro πᾶσιν. — 7 possis καὶ εὐεργέτης πάρειμι vel Ἑκάτῃ δὲ νῦν πάρειμι, καὶ παραστάτης κτλ'.

---

808. In vico Erdeer - Chan Attalia Pamphyliae. C. I. Add. III 4341 f.

Αὐρ(ήλιος) . . . .

Ὀρ]θαγόρας εἰρήν[ης] ἄρξας στήσατο βωμούς
Φοίβῳ καὶ κούρῃ Ἀρτέμιδ[ι] εἵνεκεν εὐχῆς,
μέτρον [στ]ή[σα]ς π[λ]η[σθ]είσα[ι]ς πηγαῖς ὑπὸ νυμφῶν,
ἄμφω ὅπως ποταμὸς λαγόνων ῥεί[θ]ροι[ς ὑπ]οχεύοι.

Litterae vulgares. Certiora nisi novo adscito apographo dari non possunt. — Ab initio ΑΥΡΘΟΜΟΥ | . . . ΘΑΓΟΡΑΣΕΙΡΗΝ | ΑΡΞΑΣ ἀγαθῇ τύχῃ Keil *Philol.* V 646; idem deinceps εἰρηνάρχης, Franz εἰρήνης ἄρξας, recte εἰρηνάρξας spreverat Keil neque bene defendi posse vidit simili forma νομοφυλάξας. — 2 ΑΡΤΕΜΙΔΕΙ | ΝΕΚΕΝ fortasse Ἀρτέμιδει scriptum fuit. — 3 ΜΕΤΡΟΝΜΗ . ΗΣ | ΠΗΧΕΙΣΑΣ στήσας Franz, θήκας Keil, πλησθείσαις uterque. — 4 ὑποδεύοι Franz, ἀποχεύοι Keil. Intellego: *utramque aram posuit, ut iam fluvius superstagnantes fontium undas suis aquis subfunderet;* arae enim aggeris loco coercendis fluctibus inserviebant.

---

809. In Pharo insula Adriae. C. I. Add. II 1837 d.

Κλεννίκη Ἑρμαγόρου δεκάτη[ν] με ἀνέθηκε Ἀφροδ[ίτῃ.

Litterae vulgares; aetate romana fortasse antiquior titulus. — ΔΕΚΑΤΗΜ Ε δεκάτην deleta Ε littera Boeckh. Idem iniuria meretricium putat donarium: nam meretrices patris nomen suis non addunt, cf. tit. ibid. inventus C. I. 1837 e Ὀργιλὼ Δημάρχου Ἀφροδίτῃ δεκάτην, quem cave pentametrum esse credas.

---

810. Sinuessae veteris, nunc Neapoli in museo. C. I. 5956.

Ἰουνίωρος.
Ἀκταῖς τὴν ὅμορον Σινυητίσιν Ἀφρογένειαν,

ξεῖνε, πάλιν πελάγους βλέψον ἀνερχομένην·
ναοί μοι στίλβουσιν ὑπ' ᾐόνος, ἥν ποτε κόλποις
Δρούσου καὶ γαμετῆς θρέψεν ἄθυρμα δόμος.
ἐκ δὲ τρόπων πειθώ τε καὶ εἵμερον ἔσπασε κείνης
πᾶς τόπος, εἰς ἱλαρὴν ἄρτιος εὐφροσύνην·
Βάκχου γὰρ κλισίαις με συνέστιον ἐστεφάνωσεν,
εἰς ἐμὲ τὸν κυλίκων ὄνκον ἐφελκομένη·
πηγαὶ δ' αὖ περὶ πέζαν ἀναβλύζουσι λοετρῶν,
παῖς ἐμὸς ἃς καίει σὺν πυρὶ νηχόμενος.
μή με μάτην, ξεῖνοι, παροδεύετε, γειτνιόωσαν
πόντῳ καὶ Νύμφαις Κύπριδα καὶ Βρομίωι.

Iunior poeta vix is fuit, ut coniecit Visconti, qui fere M. Pompeius Νεώτερος vocatur in Anthol. Pal. VII 219, IX 28; neque enim cognomine addito se continuisset ille, ex quo quis fecisset difficile intellegeres. — Epigramma fuit sub statua Veneris, *quam Drusus Antoniaque (sive Drusus Tiberii f. et Livia) antea in cubiculo (v. 3) positam iam Sinuessae inter mare balnea tabernas posuerunt in publico.* Wilamowitz. Idem recte explicat v. 5 *ex Antoniae moribus Sinuessa Suadam Cupidinemque traxit, (qui et Venerem comitantur), idoneusque sic locus factus est ad omnem hilaritatem.* — 7 Βάκχου κλισίας si recte Visconti intellegit *tabernas vinarias*, haec est distichi sententia: *Bacchi sedibus me vicinam posuit eoque effecit, ut iam potatores gravia pocula mihi obferant et propinent.* — 10 *thermas* recte intellegit Wilamowitz, cf. A. P. IX. 626. Fuit ad fontem posita statua Venerisque ad pedes Amor exsculptus facem ardentem undis admovens; pulcre autem puerulus sic aquam calefacere cogitatur balneisque aptam reddere. — 11 sq. *subsistite viatores fruituri quae ab mari, ab fonte, a Baccho vobis bona parata sunt.*

---

811. Apud Thespias. Cumanudes *Ephem. arch.* 1869 n. 336.

Ὦ παῖ τοξότα Κύπριδος λιγείης,
Θεσπιαῖς Ἑλικωνίαισι ναίων
Ναρκίσσου παρὰ κῆπον ἀνθέοντα,
ἱλήκοις· τὸ δέ τοι δίδωσι δέξο,
ἀκροθείνιον Ἀδριανὸς ἄρκτου,
ἣν αὐτὸς κάνεν ἱππόθεν τυχήσας.
σὺ δ' αὐτῷ χάριν ἀντὶ τοῦ σαόφρων
πνέοις οὐρανίας ἀπ' Ἀφροδίτης.

Hadriani Caesaris et anathema et versus esse intellexit Cumanu-

des; et fors an ipsius rei quamvis auctoris socordia oblitteratam teneamus memoriam. Cassius enim Dio 69,10 narrat περὶ τὰς θήρας ἐσπουδακέναι λέγεται . . καὶ πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας 'Αδριανοῦ θήρας αὐτὴν ὠνόμασεν, quibuscum conpara quae Marium Maximum secutus Spartianus tradit (*Hadr.* c. 20): *oppidum Hadrianotheras in quodam loco quod illic et feliciter venatus esset et ursam occidisset aliquando constituit.* Neglegentiae arguunt levissimum scriptorem verba *in quodam loco*; cui si unam ursam inperatorem occidisse memoratu dignum videbatur, quid dicturum fuisse putas, duas si occidisset? Turbavit opinor fontis aquam unamque rem ex duabus fecit. Primitus enim et Hadrianotheras eum condidisse et Thespiis ursam interfecisse ipsum (cf. v. 6) narratum erat. — 1 Κύπριδα λιγείην non noram; num forte Musarum sacris Ascra deleta Thespias translatis Veneri Musarum et speciem et nominationem aliquam adcessisse putabimus? Μοῦσα λιγεῖα est ap. Homerum Od. ω 62. — 3 πηγὴ Ναρκίσσου apud Thespias Paus. IX 31, 7. — 7 σαόφρων gaudebit rara hac laude Amor, qua non impertitus esset opinor, si melius Hadriano ad versum explendum vocabulum praesto fuisset.

---

812. Ad Plagiam Lesbi insulae oppidum. Conze *Itin. insul. Thrac.* tab. XVI 1.

Ζ]ηνὸς καὶ Μαίας ἐρικυδέος ἀγλαὸν Ἑρμῆ[ν
εὐκάρπου [στ]ῆ[σ]εν [τ]ό[νδ]ε [ἐ]πὶ φυταλίης
Βάκχων Ζωοῦς υἱ[ός, ὅπως ῥαδ]ινὴ διὰ παντός
ἄμπελος ὡραῖον καρπὸν ἔχῃ βοτρύων.
ἀλλ' ἵλαος, ἄναξ, Ζωοῦς γένος εὔφρονι θυμῶι
σῶιζε, διδοὺς αὐτοῖς ἄφθονον ὄλβον ἀεί.

Litterae C et Ϣ sequioris aetatis; Ր et ζ litterae forma vetustior simulque iota non dativo solum (v. 5) sed etiam in verbo σῶιζε (v. 6) adscriptum, omnia haec alterius p. Chr. n. saeculi antiquitatis studio conveniunt. — 2 . . ΗΟΕΝ//Ο// //ΕΠΙ corr. Conze. — 3 ῥαδινή scripsi coll. Hes. ῥαδινόν· εὐδιάσειστον et Etym. M. 104, 5 διὰ τὸ φύλλον εὐδιάσειστον εἶναι παντὶ ἀνέμῳ. Possis etiam πυκινή. Mercurius in hortis positus Priapi vice fungitur. — In eiusdem tabulae parte dextra haec leguntur:

ΑΡΙCΤΑΖϢΗΒΑΚΧϢΝЄΙϢΜΑΤΗΡ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΑΘΗΝΑΙΔΗΝΑΥΓΑΚΟϢ

ubi certo corrigendum 'Αρίστα Ζω[ώ], ἡ Βακχωνείω μάτηρ. Tamen ut patet Aphroditen et Athenam aut utramque aut alteram utram ὑπήκοον praedicari, ita neque ἀρίστα matris epitheton admodum credibile est et

obscurae plane litterae ΙΔΗΝΑ vel ΔΗΝΑ sunt. Bergk apud Conzium dicere satis habuit tria numina invocari.

***813.** Athenis. C. I. 457.

Ἑρμῆν Ναιάδων συνοπάονα θῆκέ με τῇδε
ἐσθλὸς ἀνὴρ κρήνης κρατὸ[ς] ἐπ' ἀενάου.

Nomen viri aut consilio tacetur aut in alia hermae iam fracti parte scriptum fuit. — 2 κρατός recte Boeckh; videtur labrum dici, quo fons influit, sicut Caesar Rheni fluminis ostia *capita* dixit.

---

814. Argis. Ross *Inscr. ined.* n. 54. Lebas II 113.

Ἑρμῆς δίκαιός εἰμι καί με Σ[ώστρατο]ς
ἔστησ' ἔλεγχον τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων.

1 nomen teste Rossio non temporum sed hominum culpa deletum; Lebas vero Σ . . . . Σ legit. — Mercurium Osann *(Diar. litt. ant.* 1837 p. 469) Christum ipsum intellegit, quo refutato Keil Ἑρμῆν ἐμπολαῖον dici putat *(Mus. Rh.* XIV 510). At ἔλεγχος cur vocetur ne sic quidem patet. Ego de horti custode cogitavi, qui *furum aviumque maxima formido* est cuiusque *fures dextra coercet obscenoque ruber porrectus ab inguine phallus.* Haec quidem de Priapo Horatius, sed facile ad cognatum deum transferri poterunt.

---

815. In agro Rithymnio Cretensium. C. I. 2569.

Ἄρτεμις ἡ Σαλουίου.

Οὔρεσι Ταλλαίοισι ἱδρυμένε Μαιάδος Ἑρμῆ,
σπονδὴν καὶ θυσίην δέξο φιλοφρόσυνος,
ἥν σοι Σάλουιος Μηνᾶς λοιβαῖσι γεραίρει,
κτήσεος ἐξ ὁσίης ψυχικὰ δῶρα διδούς.
καὶ πρὶν μὲν ζώσης ἀλόχου φάος εἰςορωώσης
σὺν κείνῃ κατ' ἔτος σοὺς ἐγέραιρε τόπους·
ἀνθ' ὧν δ' ἐνχρονίσας ἐπετήσιον οὐκ ἀπέδωκεν,
συμβίου ἁγνοτάτας τοῦδε καταφθιμένας,
ἀλγήσας φρένα πολλά, μαθὼν δ' ὅτι δεῖ τά γε θεῖα
τιμᾶν, διπλῆν σοι τήνδε πόρεν θυσίαν.
καὶ σὺ δέ, παντοκράτωρ Ἐριούνιε, τόνδε φυλάσσοις
ζωόν, ὅπως τιμᾷ σὸν δι' ὅλου τέμενος.

II fere saeculi. — Praescripta quae Muratori sic tradidit Ἄρτεμις ΗΣΑΛΟΥΣΙΟΥΘΥΓΑΤΗΡ editoribus fraudem fecerunt; Gruteri lectio haec est ΗΣΑΛΛΟΝΙΟΣ, quam confirmat cod. Neap. V E 5, ubi simul nomen recte scriptum est. θυγάτηρ igitur, quam vocem difficile explicari senserunt, tantum abest ut unquam fuerit in lapide, ut Artemis non filia sed uxor Salvii intellegenda sit. Hac enim, cuius si minus venustam, at'piam memoriam epigramma recolit, utique nominata opus est. — 2 *Tallaei montes debent ibi quaeri, ubi hoc monumentum positum* Boeckh. — 5 ψυχικὰ δῶρα nec *cruenta sacra* sunt, nec *libenter et ex animo data*, sed quae pro defunctae uxoris anima Mercurio animarum duci comitique (i. e. Ἐριουνίῳ v. 12) obferuntur.

***816.** Romae. C. I. 5953.

Ἑρμῆς.

Lucri repertor atque sermonis dator
infas palaestram protulit Cyllenius.

Ἄ[ι]τις τὸν Ἑρμῆν εἵσαθ'· Ἑρμῆς δ' Ἀττίωι
ο[ἶκον φυλάττ]οι καὶ γένος φίλους θ' ἅμα
. . . . Ἑρμῇ δ' ἐπ' αλειφα χε(ύ)σομαι
φυλαττομένωι δῶμα τόδ' Ἀττιαδῶν.
. . . . Ἑρμῆς [δ' ἐρ]ιούνιος.

Interpres divum caeli terraeque meator
sermonem docui mortales atque palaestram.
. . . . *usque terrae,*
sermonis dator atque somniorum
Iovis nuntius et precum minister.

1 ΑΡΤΙC ex Gerhardi coniectura legerunt κάρτιστον· Ἑρμῆν εἵσαθ' Ἑρμῆς Δαττίῳ. — 2 legi CIPEICI\ . . IOI supplementum certum puto; sciendum autem sinistras versuum partes praeter v. 4 valde detritas esse. — 3 CICN . IICCICΦΕΡШΕΡΜΗ sic legi nec multo aliter reliqui; quas punctis notavi incertae sunt litterae. Exitus senarii est, vix tamen bene eius facti; χέσομαι pro χεύσομαι non magis offensui est quam ἀτός pro αὐτός simil. — 4 lectio certissima; pentameter cum esse nequeat senarius est isque vitiosissimus. — 5 legi . . . . CCΕΡΜΗC^CIIOYN//////NIOC ab initio decem evanuerunt litterae, post OYN lapis fractus, unde ἐριούνιος quod certum existimo num ultimum versus vocabulum sit dubito.

---

817. In Piraeo. *Ephem.* 2887.

. . . . νεμοι περικαλλέα νήσσων
. . . . ων ἡμετέροιο κλάδου·
ἀλλὰ Πρίηπος ἐὼν Ἑ]ρμοῦ γενέτης τε καὶ υἱό[ς
ἄγκειμαι παρέδρωι Ἑρ]μῆι Ἐλευθερέως·
. . . .

Ad Priapum haec tendere probabiliter coniecit Buecheler. Ille enim deus Mercurii aut filius aut parens putabatur, neque κλάδος aliter intellegendus erit atque phallus ligneus. Prius distichon non expedio: videtur monere ne quis fur accedat. — 1 ΚΑΛΛΕΙΑ clausulam Κύπρον περικαλλέα νῆσον nescio ubi legerim. — 4 Mercurio Bacchoque συνναίοις θεοῖς Priapus dicatur, qui etiam Bacchi filius esse perhibebatur. — Infra scripta ᾽ΤΥΜΟΣΗΚΟ.

---

818. Paro in insula. Ex schedis Fourmonti C. I. 2388. Singula disticha singulos in lapide versus efficiunt.

Σο[ὶ τ]ό[δ'] ἄγα[λ]μα, θεά . . . .
. . . .
Νικιέης, οὗ πατρὸς ὁμ[ώ]νυμος, ἠδὲ σύ[νευνος
. . . .
σεῖο δὲ καὶ νηοῖο θύρας τεύξαντο [φα]εινάς
. . . .
οἱ δ' αὐτοὶ δάπεδον πυκνοῖς στο[ρ]έ[σ]ανθ' [ο]ὐ[δ]οῖσιν
καὶ βωμοὺς ἱε[ροὺς] τεῦξ[α]ν [ἑαῖς δα]π[ά]ναις,
καὶ νηοῦ δ' ἐπὶ κρατὶ μετήο[ρ]' ἀγάλματα θῆκαν
τρισσά, δύω Νίκας, μεσσὰ [δὲ] Π[ερσεφόνη]ν.
χαῖρε, θεά, τοῖσδεσσι [κ]α[ὶ ἱ]λήκοις Παρίοι[σ]ιν,
δισσὰ]ς ἐν παλάμαις ἀραμένη δαΐδας,
καὶ τοῖς μὲν φιλέουσι Π[άρ]ον γλυκερὸν φέρε φέ[γγ]ος,
τοῖς δ' ἐθέλευσ' ἀδικεῖν πυ[ρ]σὸν ἄν[α]π[τ]ε [κ]ακῶν·
μᾶλλον δ' [ἄμ]π[αυσ]ο[ν], κα[ὶ τ]οῖς κα[κ]οεργέσι θείης
μήτι κακὸν ῥέζε[ι]ν, ἐσθλὰ δὲ πάντα πόλιν.
εἵ]λαθι πᾶσι, μάκαιρα, πολ[ίτ]αις τῆ[σ]δε πόλη[ος,
κούραις [καὶ] κούροις το[ῖ]σι καὶ ἐσσομένοις·
ἔξοχα δ' εἰλήκοις καί σφι[ν] μάλα χάρματα δοίης
Νικί[ᾳ] ἠδ' ἀλόχῳ παισ[ί τε τ]ῶνδ' ἐραταῖς,
καὶ παισὶν παίδων, τοί [κεν] μετόπισθε γέ[ν]ωνται,

εἵλαθι, τοὔνεκα σεῦ νηὸν [ἔθεντο γονεῖς.
τό]νδε σοι, ὦ δᾳδοῦχε Δ[ιὸ]ς τ[έ]κος, ὕμνον ἔτευξεν
Νικιάδης, ὅς σεῦ . . . .

Carmen aetatis valde recentis, ut docent litterae, ad satis adcuratas numerorum leges adstrictum, non tam sententiis quam verbis copiosum, simplicius tamen quam quod ad Nonni eiusve similium saecula detrudamus. — 1 ΣΟΠΟΑΓΑΜΑΦΕΑΠ . . ΜΙ . . V . . ΙΝΙΑΨ et mox sub finem versus (i. e. pentametri) . . ΝΝΗΙ - - - probabile est ex hymnorum usu deam sollemnibus quibusdam nominibus adpellatam fuisse, quorum admodum parcum est relicum carmen. Ceterum Boeckhium scito omnia emendavisse nisi ubi contrarium notabitur. — 4 una littera Ν sub finem pentametri superat. — 5 sq. ΨΛΕΙΝΑΣ . Λ . ΙΙΙΝΙ . Α . Ι . ΙΙΙΙΙΚΛ . . . Ο . . . — 7 ΣΤΟΙΕΑΝΦΥΟΟΙΣΙΝ *στόρεσαν οὐδοῖσιν* Boeckh — 8 *βωμοὺς* ΙΕΙ . ΛΣΤΕΥΞ . Ν . . . . ΛΠΛΝΑΙΣ — 9 ΜΕΤΕΙΟΙ — 10 ΕΜΕΣΣΑΠ . . . . ΧΝΝ *μέσσα δέ* recte praestare putat Boeckh alteri *ἔμμεσα*. — 11 ΤΟΙΣΔΕΣΣΙ ΛΑΩΛΗΚΟΙΣ — 13 ΠΛΟΝ — ΦΕΠΟΣ — 14 ΠΥΙΣΟΝΑΝΠΕΚΑΚΩΝ corr. Iacobs. — 15 ΜΑΛΛΟΝΔΩΠΩΛΟΙΚΑΠΟΙΣΚΑΤΟΕΡΓΕΣΙ Boeckh *μᾶλλον δ' ἐμπόδιον*, quod languet; incertum est quod ipse posui. — 16 ΡΕΖΕΤΝ — 17 ΠΟΛΕΙΛΙΣΤΗ ΠΔΕΠΟΛΗΙ *πολυλλίστη δὲ πόληι* Boeckh. — 18 ΚΟΥΡΑΙΣΤΕ *τε* pro *καί* inperitus posuit lapicida. — ΤΟΥΣΚΑΙ *τοῖς καὶ [ἐπ]εσσομένοις* Boeckh. — 19 ΣΦ ΙΩ — 20 ΝΙΚΙΛ — ΠΑΙΣΠΕ — 21 ΓΕΡΩΝΤΑΙ — 22 ΝΗΟΝΕ *νηὸν ἔθηκε γονεύς* Boeckh, cf. v. 3 et v. 20. — 23 Ι\ΛΝΔΕΣΟΙ — ΔΛΣΤΙΕΚΟΣ — 24 ΟΣΣΕΥ ΙΑΤΟΛΟΛ . . . *ὃς σεῦ ἵλατο δᾷδα φέρων* vix bene Boeckh.

---

819. Epidauri inter rudera Asclepii. C. I. 1177.

Εἱρε[ὺς Καλ]λίμαχος Βρομίῳ ἱδρύσατο βωμόν.
Διονύσου.

Vocabulum *Διονύσου*, quod nullo spatio interiecto antecedenti *βωμόν* continuatur, nescio an posterius additum sit. — Supplevit Boeckh.

---

820. Athenis in theatro Dionysiaco *πρὸς τὴν δεξιὰν πάροδον τῆς σκηνῆς*. Rhusopulus *Ephem. arch.* 1862 n. 164.

Σο[ὶ τ]όδε καλὸν ἔτευξε, Φιλόργιε, βῆμα θεήτρου
Φαῖδρος Ζωίλου βιοδώτορος Ἀτθίδος ἀρχός.

II fere saeculi. — Eiusdem hominis alter titulus est horologio inscriptus C. I. 522 *Φαῖδρος Ζωΐλου Παιανιεὺς ἐποίε[ι]*. Frustra dubitat Vischer *Mus. Helvet.* III 24.

---

821. Lernae inventus lapis valde detritus. Conze et Michaelis *Annal. Inst.* 1862 p. 20 sqq. Debeo praeterea Michaelis beneficio apographum ex ectypo denuo examinato adcuratissime factum.

Βάκχῳ μ[ε] Βάκχον καὶ προςυμναίᾳ θεῶι
στάσαντο Δηοῦς ἐν κατηρεφ[εῖ] δόμω[ι,
τὸν Ἀρχε[λά]ου πα[ῖ]δα ὁμών[υ]μ[ον] πατρί.
ταὐτῷ δ[έ] με, ξεῖ[νε], ἐν χρόνῳ δ[έ]μα[ς] κλυ[τ]ῶι
Βάκχον Λ[υ]αίῳ, [γ]ῆς δὲ πυρφό[ρ]οι[ς θ]εα[ῖς
Φοίβῳ Λυκεί[ῳ θ'] ο[ὕ]νεκα ἀντίτων . . . . .
δά]μα[ρ τίθ]ει με καὶ προςύ[μνα]ιος λε[ώς
α[ὐτοῦ] τε Φοίβου [π]υρφόροι λυ[κοκτ]όνο[υ.

II vel III saeculi. — vv. 1 - 3 restituerunt editores. — 2 ΗΡΕΦΣ// | ΔΟΜΩ// iota modo adscriptum dativis modo omissum. — 4 ΔΙ ΜΑΙΚΛΥ//ΩΙ supplementa omnia certa. — 5 Λ//ΛΙΩ//ΗΣΔΕΠΥΡΦΣ// | ΟΙ//ΟΣΛ//// corr. editores. — 6 ΛΥΚΕΙ////// Ο//ΝΕΚΑΑΝΤΙΤΩΝ | Λ . . ΟΙ ubi *οὕνεκ' ἀντίτων* etsi certum videtur tamen nec quid sibi velit scio nec ad antecedentia an ad proxima referam. — 7 . . ΜΑΙ . . . . ΞΙΜΕΚΑΙΠΡΟΣΥΛ | //ΛΙΟΣΛΕ⌒Ι videntur certa supplementa. — 8 Γ//ΥΡ *αὐτοῦ τε* Buecheler, *λυκοκτόνου* Michaelis. — Duo Archelai signa Bacchi specie inducta uno tempore consecrantur, alterum in Cereris fano Cereri simulque Baccho, alterum Baccho unaque numinibus Lernaeis ac Phoebo Lyceo; priorem statuam largiti esse videntur qui (ut et ipse Archelaus) Lernaeis mysteriis initiati erant (*προςύμναιος λεώς*), alteram fortasse uxor cum mystis et Phoebi pyrphoris. Haec olim statui *de monument. aliquot graecor. carminibus* p. 33 sqq. Singula nunc aliter constitui. — Titulum cur non inter hominum honores sed inter dis dicata rettulerim docebit quod sequitur epigramma.

---

822. Athenis in via quae ad Pentelicon ducit. Anaglyphum, quo Rhea sedens cum Proserpina adstante daducho exsculpta est, descripsit Conze *Diar. arch.* 1863 p. 75 sqq. coll. p. 79. Tractavit Keil *Philol. vol. suppl.* II 588 sqq.

a. *Ὁ προγόνοις ἐφάμιλλος, ὁ τὴν μεγάλην πλέον αὔξων*
Ἀρχέλεως γενεὴν πράξεσι ταῖς ἰδίαις,
ἀντίδοσιν τελετῆς τῆς ταυροβόλου χάριν ἔγνω
βωμὸν ἀναστήσας Ἄττεω ἠδὲ Ῥέης.
οὗτος Κεκροπίην αὐχεῖ πόλιν, οὗτος ἐν Ἄργει
ναιετάει, βίοτον μυστικὸν εὖ διάγων·

αὐτόθι γὰρ κλειδοῦχος ἔφυ Βασιληίδος Ἥρης,
ἐν Λέρνῃ δ' ἔλαχεν μυστιπόλους δαΐδας.

b. *Δᾳδοῦχός με Κόρης, Βασιλᾶν, Διός, ἱερὰ σηκῶν*
Ἥρας κλεῖθρα φέρων βωμὸν ἔθηκε Ῥέῃ,
Ἀρχέλεως τελετῆς συνθήματα κρυπτὰ χαράξας
ταυροβόλου πρῶτον δεῦρο τελειομένης.

II vel III saeculi. Taurobolia quando primum ab Atheniensibus recepta sint (v. 12) nescimus. — Archelaus Atheniensis (v. 5), Argis vitam degens (v. 5 sq.), Iunonis cleduchus, Proserpinae Lernaeae daduchus itemque utriusque deae (cf. Paus. VIII 31, 2 *τοῦ ναοῦ δὲ τῶν μεγάλων θεῶν ἐστιν ἐν δεξιᾷ καὶ Κόρης*) et Iovis Atti Rheaeque quorum nuperrime sacris initiatus est aram dedicat. — 11 in uno arae latere faces duae decussatim una alteri conexae, utrinque pinus, in superiore parte bucrania tria sertis inter se coniuncta: haec puto *συνθήματα κρυπτά* dici. — Archelaum conicio aut eundem esse aut patrem filiumve eius Archelai, qui antecedenti carmine honoratur; notum enim est in eis gentibus, penes quas sacerdotia sunt antiquitus recepta, saepissime simul cum sacrorum ministerio nomina eadem per longa temporum spatia tamquam per manus tradi solere. Ceterum Archelaorum proavum si quis videatur sibi deprendisse Archelaum Archelai notissimi Mithradatis ducis filium, quem Pompeius Comanae Pontica in urbe sacerdotem constituit (Strab. p. 558), equidem non obstabo.

---

823. Romae. C. I. 6012 c.

Μητρὶ θεῶν.
Ἐκ δεκάπεντ' ἀνδρῶν Φοίβου στεφανηφόρος ἱρεύς
Κρήσκηνς ἠγάθεός τε Λεόντιος, ἔνσοφοι ἄνδρες,
ὃς μὲν ἀπ' ἀντολίης, ὃς δ' ἄρ' ἀφ' ἑσπερίης,
ὄργια συνρέξαντε θεᾶι παμμήτορι Ῥείηι
κριοβόλου τελετῆς καὶ ταυροβόλοιο φερίστης
ἤμασι μυστιπόλοις βωμὸν ὑπερτίθεσαν.

Titulus eo qui sequitur (i. e. anno 370) antiquior. — 1 videntur ex quindecim viris nescia qua sacra profanave communione coniunctis Crescens et Leontius sorte electi esse qui Rheae sacris initiarentur. Hi autem deae gratias referentes pro consecratione aram posuerunt.

---

824. Romae. In dextro arae latere Cybele turrita a leonibus vecta cum pinu tauroque, in sinistra Attis mitra indutus exsculpti. C. I. 6012 b.

Μητέρι τῇ πάντων Ῥείῃ τεκέων τε γενέθλῳ
Ἄττει θ' ὑψίστωι καὶ συνιέντι τὸ πᾶν,
τῷ πᾶσιν καιροῖς θεμερώτερα πάντα φύοντι,
κριοβόλου τελετῆς ἠδ' ἔτι ταυροβόλου
μυστιπόλος τελέ[θ]ων τοῦτον συνθήκατο βωμόν,
δῶρον Ἀπόλλωνος θεῖον ἔχων ἐπίκλην.

Petronius Apollodorus, v(ir) c(larissimus), pontif(ex) maior, XV vir sacr(is) fac(iundis), pater sacr(orum) dei invicti Mithrae taurobolio criobolioq(ue) percepto una cum Ruf(ina) Volusiana C. f. coniuge XVI Kal. Iulias, dd. nn. Valentiniano et Valente Augg. III coss. aram dicavit.

Annus est 370. — 2 sq. cf. Preller *Mythol. gr.* I 403 sqq. — 5 ΤΕΛΕΤѠΝ — 6 δῶρον Ἀπόλλωνος i. e. *Apollodorus.*

---

825. Apollinopoli magna. C. I. 4838 b.

Ξεῖνον τιμήσαντες, ὁδοι[πό]ροι, ἥρωα τόνδε
Εὔοδον, εἶτ' αὐτοὶ στεί[χ]ετε σωιζόμενοι·
Φείδων Ἀμβρύωνος ὁ Κ[ρ]ὴς ἀνέθηκε τὸ γράμμα
καὶ τιμάς, ἥρ[ως] ὧι δίδου εὐτυχίαν.

Bonae aetatis quin putes epigramma esse non inpediunt litterae rotundae ut in aegyptio titulo. — 1 ◡Λ◡Ι \ΟΙ — 2 ϹΤΕΙΥΕΤΕ — 3 ΚΟΗϹ — 4 ΗΡΟϹ correxit omnia Letronne *Rev. de la philol.* I 302, qui tamen male intellexit v. 2, recte eum constitutum a Franzio. Εὔοδος Panis cognomen est Apollinopolitani, qui nescio an ipse hoc loco ἥρως praedicetur, cf. tit. seq.

---

826. Apollinopoli magna. C. I. 4838.

Εὔοδε Πάν, σοὶ τόνδε πάις Γλαύκου π[ό]ρ[ε κ]ό[σ]μον
Ζηνόδοτος σ[ω]θεὶς γῆς ἀπὸ τῆς Ἀ[ρ]ά[β]ων.

Litterae Ρ et Σ, praeterea ζ litterae forma vetustior. — 1 ΠϹΡ . . ΟΓΜΟΝ corr. Letronne. — 2 ΑΒΑΙ . . ΩΝ corr. Franz.

---

827. Caesareae Paniadis Galilaeorum in Panis fano. C. I. 4538 et 4538 b (Add. III p. 1179). Lebas VI 1891. 1892.

a. *Πανί τε καὶ Νύμφαις Μαίης γόνον ἔνθ' ἀνέθηκεν*
Ἑρμείαν, Διὸς υἱόν . . . .
Οὐίκτω[ρ Λυ]σιμά[χ]ου παῖς, Ἑρ[μαίο]υ δ' ἅμα [Π]ανός
ἀ]ρητήρ . . . .

b. *Τήνδε θεὰν ἀνέθηκε φιλευήχῳ Διόπανι*
Οὐίκτωρ ἀρητήρ, Λυσιμάχοιο γόνος.

2 ΥΙΟΝ | ΟΥCC.- - ωC - - - ΙΠΟΓΤ - - ΟΥΙ | ΚΤω . . Bailie, quem interpolationis insimulans Waddington haec tradidit ΟΥCC . ωC//ΙΠΟΓΤΙΙ, quae non multum differre videntur. — 3 suppl. Bailie coll. Ἑρμόπαν Hygin. *astron.* II 28. Franz Ἑρμογόνου. — 4 post ἀρητήρ nulla litterarum vestigia. — 5 sq. Victor Echus imaginem nymphae a Pane amatae suo deo dedicat.

---

828. Mytilenis. C. I. 2169.

Σοὶ πλάκα [τ]ήν[δ'] ἀν[έθ]ηκε, κόρη Διός, ὑδατόεσσα
πηγή, Νυμφάων [αφθ]ιτε, νᾶμα φίλον,
ἔνθα πάλαι βασιλῆες ἀπὸ πτολέμοιο καμόντες
ἔνχεα καὶ κόρυθας κάθθεσαν ἱππολόφους,
ἐξ οὗ δὴ Δορί⟨κ⟩ναμα τεὸς λάχεν οὔνομα χῶρος,
χῶρος ἐλαιηρῇ τερπόμενος λιβάδι,
πάντα δὲ σοὶ νῦν ταῦτα δι' ἐργατίναις παλάμαισιν ·
τρισσὸν ὑπὸλλυκάβαν Γραμματικὸς τελέω.

Litterae traduntur vulgares; ɪɪ p. Chr. n. saeculo vix recentius carmen. — 1 Taylor ΠΛΑΚΑΝΗ . . . ΑΝΗΚΕ, Pocock ΠΛΛ. \ΝΗΚΕ — 2 ΟΡΦΙΤΕ Boeckh cum nimis fidenter Taylor ne litterulam quidem sui apographi mutari posse adfirmasset tamquam fascinatus cum illo errare quam sanum suum iudicium interponere maluit; nam quae scripsit:

Σοὶ πλάκ' ἀν' ἦ[μαρ] ἀνῆκε κόρη Δίος ὑδατόεσσα
πηγή, Νυμφάων, Ὄρφιτε, νᾶμα φίλον·

haec neque graeco homini neque cuiquam barbaro intellegentur; voluit autem sic intellegi *tibi, o Orphite, hoc planum lacus Iovis filia Nympha dias ad luminis oras submisit.* Sed ne dicam mirabilem esse hanc Nymphae in mortalem gratiam, grammatica Grammatici ars misere laborat; dici potest πλὰξ πόντου, sed ut πλάκα aquam esse aut credat aut sentiat

nemo a se inpetrabit; neque hoc non inepte dictum *fons lacum edidit*; denique lacus minime convenit loco v. 3 sq. descripto, quo quis ex belli laboribus quiescat. Πλάξ nihil potest esse nisi tabula et hoc quidem loco tabula epigrammate inscripta; sequitur pronomen requiri τήνδε verbumque rei unice aptum ἀνέθηκε: dedicantis nomen cum rerum enarratio intercedat v. 8 demum adicitur. Itaque lapidarium potius errasse credam quam Toupium ex parte saltem recte scripsisse negabo:

σοὶ πλάκα τήνδ' ἀνέθηκε, κόρη Διὸς ὑδατόεσσα,
πηγὴ Νυμφάων ἄφθιτε, νᾶμα φίλον.

Falso haec distincta esse patet quadruplici vel duplici si males adpellatione non perspecta. — 5 Δορύκναμα, recte fortasse Toup et Iacobs Δορύναμα, Δορύκαμνα Hermann *Opusc.* V 177. — 7 *haec omnia* (i. e. πλάκα et inscriptionem et relicum loci adparatum) *laboriosa manu tertio anno adpetente ego tibi Grammaticus perfeci.* — διά praepositionem Boeckh cum τελέω iungit; malo dativum ex plebeio usu positum, putare ut supra n. 539 vidimus σὺν ἡρώων defendi potuisse.

***829.** Romae herma mutilus. C. I. 6186.

Ἄλσος μὲν Μούσαις ἱερὸν λέγε τοῦτ' ἀνακεῖσθαι,
τὰς βύβλους δείξας τὰς παρὰ ταῖς πλατάνοις,
ἡμᾶς δὲ φρουρεῖν· κἂν γνήσιος ἐνθάδ' ἐραστὴς
ἔλθῃ, τῷ κισσῷ τοῦτον ἀναστέφομεν.

II fere saeculi. — Musae opinor Hermen adlocuntur.

---

830. Anactorii. C. I. 1794 b.

Μαχάτας [ἐ]πόησε.
Τὸν Διος Ἀλκμήνης τε γόνον τιμαῖσιν ἀέξων
υἱὸς Λασθένεος στῆσεν ἄγαλμα τόδε,
μνήμην ἀθάνατον σώζων πατρός τε καὶ αὐτοῦ
Λαφάνεος κλεινῷ Λοξίου ἐν τεμένει.

Intellexit Boeckh non huc pertinere alterum titulum simul inventum [Λε]ωφάνης Λασθένεος Ἀσκληπιῷ ἀνέθηκε. Μαχάτας ἐπόησε, ubi non debebat Λα]φάνης corrigere.

---

831. Romae in villa Aldobrandini. Henzen *Ann. Instit.* 1857 p. 102.

Ὦ Διὸς Ἀλκμήνης τε μεγασθενὲς ὄβριμον αἷμα,
ἵστορ ἀταρβήτων, Ἡράκλεες, καμάτων,
ἠνίδε, τοὶ τόδ' ἄγαλμα φέρων κρητῆρος ἀγητὸν
θῆκα θ[ο]ῶν ἀέθλων πλεῖον [ἐν]γλυφέων,
οὓς ποτ', ἄναξ, ἐτέλεσσας, ὑπε[ρ]φιάλους ἀδίκους τε
ἄνδρας ἰδ' ὠμηστὰς θῆρας ἐναιρόμενος·
τῶ σε καὶ υἷα Δίκῃ Κρονίδης θετὸν ἐγγυάλιξε,
εὖτέ μιν ὑβρισταὶ φῶτες ἄτ[ι]μον ἄγον.
ἤπιος εὐμενέων τε πέλοις, ἐπειή νύ μοι αἰεί
εὐχομένωι τε πάρει χεῖρα θ' ὕπερθεν ἔχεις·
καὶ δὴ νῦν μ' ἐσάωσας ἀμεί[βον]τα κλυτὰ φῦλα
Κελτῶν καὶ Λιγύων ἄστυ πρὸς Αὐσόνιον.
αὐτὸν ἀλεξητῆρα κακῶν, αὐτόν σε δοτῆρα
παντοίης ἀρετῆς κλήιζομεν, Ἡράκλεες.

II fere saeculi; iota ubique adscriptum, vide ad v. 7. — 4 ΘΕΩΝ non videntur verae litterarum formae tradi, nam θοῶν (fuerit ΘΕωΝ) certa ratione correxi coll. Theocr. XXII 124 θοῶν ἐξῆρατ' ἀγώνων (κειμήλια) de eodem Hercule. — ἐνγλυφέων Buecheler. — 7 τῶ iota non habet adiectum, unde praeceptum Aristarchi illi placuisse adparet, qui ex τό accusativo producta vocali τῶ factum esse docuit. — Δίκη quae Hesiodo aliisque filia Iovis est, hoc loco coniux eius cogitari videtur, cf. Soph. *Oed. Col.* 1381 παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις. Pisander ap. *Platon. Alcib.* I p. 157 δικαιότατον φονῆα praedicat Herculem. — 11 ΑΜΕΙΙ . . nescio an praestet participium aoristi ἀμείψαντα. — 12 non recte Henzen Αὐσονίων.

---

832. Romae. C. I. 6002.

Νηὸν μὲν σιγαλόεντα Σαράπιδος ὑψιμέδοντος
ἠδ' αὐτὸν χρυσοῦ παμφανόωντα βολαῖς
στήσαντο ζάκορός τε Διόσκορος ἠδὲ Κυρίλλου
εὐνέτις, ἡ μακάρων μήποτε ληθομένη,
καὶ δύο τῆς αὐτῆς γενεῆς ἕνα θεσμὸν ἔχοντες,
οἷσι μέμηλε κλυτῆς ἔργα νεωκορίης.

Πρὸ ̄ϛ Καλανδῶν] Ἀπριλίων, Φαρμουθὶ ̄α ὑπάτων τῶν κυρίων ἡμῶν Διοκλητιανοῦ Σεβ(αστοῦ) τὸ ̄ζ καὶ Μαξιμιανοῦ Σεβ(αστοῦ) τὸ ̄ϛ. τόπος ἐδό[θη] ὑπὸ Βαλερίου κώμ . . . . . αντος ὑπατικοῦ ἱερέων ναῶν.

Primum mensis Pharmuthi diem XXVII mensis Martii diem esse monuit Corsinus; annus est 299. — 1 νηόν monosyllabum, cui defendendo vix audeo adferre tit. Aegypt. C. I. 4944 ἀξιθέους οἱ ναοὺς ἤγαγεν Αἰθιόπων, ubi inaudita forma ναούς aut pravae pronuntiandi consuetudini aut lapicidae errori deberi videtur. Iacobs μέν delevit. — 2 recte de Sarapidis capite radiato explicat Visconti. — 3 sqq. dedicaverunt Aegyptii Dioscorus et Cyrilli ignoti hominis ignota mulier et alii duo eiusdem gentis, qui communi neocoriae religione coniuncti erant; sic enim ἕνα θεσμόν intellegendum esse clarum est; relativum autem v. 6 non nimis sciti scriptoris est; latine diceres *quippe quibus*.

---

833. Alexandriae. Ex Marietti apographo Miller *Rev. archéol.* 1874 p. 51.

Ἴσιδος εὐπλοκάμοιο καὶ Ἄμμωνος κεραιοῖο
κάρποκράτου τε διπλοῖς εἴδ[εσ]ι φαινομένου
βωμὸς ἐγώ· σὺν παισὶ δ' ἔθηκεν κλινὸς Ἀνουβίων,
ανγελον εὐσεβίης ἠδὲ θυηπολίης.

2 ΕΙΔ | ΕΙ εἴδεσι scribendum esse docere poterat ipsa syllabarum diremptio. — Harpocratem intellege biformem vel bicipitem.

---

834. Stratonicaeae Cariae. C. I. 2716.

Ζηνὶ Πανη[μερί]ῳ καὶ Ἡλίῳ Διὶ Σεράπει
σωθέντες ἐκ πολέμων μεγάλων καὶ ἀλλοδαπ[ῶν] θαλασσῶν
εὐχῆς ἵνεκε ταῦτ' ἐπέγραψαν ὑφ' ἓν οἱ τέσσαρες ἄνδρες
Ζωτικός, Ἐπίκτητος ἠδ' Ἀντίοχος [ἠδ'] ἅμα Νεῖλος.

1 suppl. Boeckh. Ζεὺς Πανημέριος cum Serapide nescio quo modo coniunctus est etiam C. I. 2717; cf. Boeckh ad C. I. 2715. — 2 ΑΛΛΟΔΑΠΟΙΟ Chandler et cod. Sherard. ΑΛΛΟΔΑΠΟΝΘΑΛ κτλ'. Pococke; ἀλλοδαποῖο retinuit Boeckh, sensu nullo. — 4 Γ. ΑΜΑ corr. Boeckh.

---

835. Apud Berytum in Iovis templi ruderibus duo tituli, quos recte coniunxit Waddington ad Lebas V 1855. C. I. 4535. 4536.

a. *Μ. Ὀκτάουιος Ἵλαρο[ς] εὐξάμενος ἀνέθηκα [ὑ]πὲρ σωτηρίας*
Κ . . . . ου Εὐτύχους καὶ τέκνων.

Εἴλαθί μοι, Βαλμαρκώ[θ], κοίρανε κωμῶν,
καὶ κλῦε [μ]ου, δέσποτα, νῦν Ἱλάρου.

b. *[σοὶ γὰρ . . . .]ρων ἀνέθηκα*
τ]ηλόθεν ἐκ νήσοιο Ῥόδου τέχνασμα ποθινόν
Ἄμμωνος κεραοῦ χάλκεον ἀντίτυπον,
εἰς ὑγίην] προχέοντα βροτοῖς ἱερόδρομον ὕδωρ.

In praescriptis ΕΠΕΡ traditur, deinde ΚΟ.ΟΟΥ vel ΚΩΜΟΥ, unde Κόσμου vel Κοίντου coniecerunt. — 1 ΜΑΡΚΩϹ — 2 ϹΟΥ utriusque versus numeri sustentari poterunt addita ab initio utrique voce εἶλαθι. — 3 φέρων in promptu est. — 4 ΙΗΛΟΘΕΝ — 6 supplevi; nam videtur Octavius cum Eutycho (liberto?) et liberis suis (an eius?) ex sacro fonte bonam valetudinem reciperasse. Hacpropter aeneum Ammonis signum fontis ori addidit, cuius aqua iam intelleges cur ἱερόδρομος vocetur.

---

836. Loco veteris Galliae oppidi, cui nomen *Vasio Vocontiorum.* Renier *Mélanges epigr.* p. 129. Herzog *Gallia Narbon. app. epigr.* n. 444.

Εὐθυντῆρι τύχης Βήλῳ Σέξστος θέτο βωμόν,
τῶν ἐν Ἀπαμείᾳ μνησάμενος λογίων.

in altero latere:

Belus fortunae rector Menisque magister
ara gaudebit, quam dedit et voluit.

Severi fere aetate teste Reniero Sextus Apamea in Galliam profecturus oraculum consuluerat de itinere eratque ubi salvus eo pervenisset Belo aram constituere iussus. — In latinis *Menin magistrum* Renier intellegit *Attin menotyrannum.* Idem v. 2 coniecit *dedi et volui*, et male hoc quidem (Sexti enim nomen ex graecis supplendum), bene tamen observavit, formulam hanc esse vulgarem *votum solvi libens merito.*

---

837. Ad Capuam. C. I. 5876.

Δεσποίνῃ Νεμέσει καὶ συννάοισι θεοῖσιν
Ἀρριανὸς βωμὸν τόνδε καθειδρύσατο.

Iustitiae Nemesi (F)atis quam voverat aram
numina sancta colens Cammarius posuit.

II vel III saeculi. — Mira duo hominis nomina, cum praesertim

non maiore licentia *Arrianus* quam *Cammarius* nomen latino versui adaptari potuisset. — ATIS corr. Cuper, cf. Hauptii *Opusc.* I 70 cum adnot. Wilamowitzii.

---

*838. Miseni, nunc Neapoli in museo. C. I. 5794.

Deo magno et Fato bono Val(erius) Valens, v(ir) p(erfectissimus), praefectus classis Misen(ensis) p(iae) v(ictricis) Gordianae votum solvit.

Θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ Μοίρᾳ Οὐάλης,
ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρχον Μεισηνῶν στόλου,
ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν.

Aetas tituli classis Gordianae nomine definitur. — Latina quater in quattuor arae lateribus, graeca in tribus ter scripta sunt. — 1 καλῇ i. e. *bonae* ex noviciorum Graecorum usu.

---

839. Lebenae Cretensium. *Iournal of Philol.* 1855 II 106 n. 3.

Δοιούς σοι Διόδωρος ἐθήκατο, Σῶτερ, Ὀνείρους
ἀντὶ διπλῶν ὄσσων, φωτὸς ἐπαυράμενος.

Scribendi genus admodum recens. — 1 Paus. II 26, 9 ἐκ δὲ τοῦ παρὰ Κυρηναίοις τὸ ἐν Λεβήνῃ τῇ Κρητῶν ἐστιν Ἀσκληπιεῖον. Quod Somnia dedicat, per somnium Diodorus videtur oculorum valetudinem reparavisse, veluti Aristides eis tantum remediis utitur quae per somnium ei a deo inperantur.

---

840. Prope Ascaphum Germaniae. C. I. 6810.

Σωθεὶς ἐκ πολλῶν καὶ ἀμετρήτων μάλα μόχθων
Sat recentis aetatis litterae. — 1 Erythrus Erythrarum ἥρως κτίστης Rhadamanthyis filius est, cf. Paus. VII 3, 4. Hinc tamquam ex ipsis beatorum sedibus colonia deducta videtur (cf. supra n. 317), hinc Διόθεν i. e. ex Creta famam sibi conlegisse dicitur. Sed Cleopus Codri filius patria relicta in Asiam profectus συλλέξας ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων ὅσους δὴ παρὰ ἑκάστων ἐπεισήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους. Inde Κεκροπίς vocatur civitas; sed mira est harum omnium fabularum confusio. — 6 Zosimionis patris Carpique filii statuae iuxta conlocatae erant;

τιμὴν idem esse atque εἰκόνα norunt omnes, cf. τιμὴν ἀναστῆσαι alia *Ephem. epigr. lat.* II 12.

---

905. Gortyne. C. I. 2589 ex schedis Pigafettianis apud Gruterum, ex Cornelii libro *Creta sacra*, qui petiit ex codice Vaticano 1759, denique ex Pocockio.

Ἑσπερίης πάσης χθονὸς ὄβριμον ἰθυντῆρα,
Μαρκελλῖνον ἄθρει, θαρραλέ[ο]ν ταμίην,
Ἑλλάδος ἀγλαὸν ἔρνος, ὃς εὐδικίῃ καὶ ἀρωγῇ
κουφίζων πόλιας θῆκεν ἐλαφροτέρας·
5 *τοὔνεκα καὶ προθύροισι Δίκης ἐπιμάρτυρα θεσμῶν*
βουλῆς καὶ Πύρρου στῆσεν ἐφημοσύνη.

Graviter interpolata sunt Pigafettiana et Corneliana, integriora quae in margine Cornelius habet quaeque Pococke tradidit; omnia ut res perspiciatur enotabo. — 1 Poc. ΕΣΠΕΡΙΗΠΑ . Ο . . . . . ΟΒΡΙΜΟΝΙΟΥΝΤ..., reliqui quae posui. — 2 Μάρκελλον ὁ θρασὺς μάρψε μόρος ταμίην Gruter eademque, nisi quod Μαρκελλῖνον habet, Cornelius in textu, in margine Μαρκελλῖνον ἄθρει θαρραλέων ταμίην. Pococke Μαρκελλῖνον θρα . . unde dubitari potest ὁρᾷς scribendum sit an cum Boeckhio ἄθρει. Alterum praetuli propter insequentis tituli v. 1. — Deinde θαρραλέον scripsi, θαρραλέως Boeckh. — 3 εὐδοκίῃ Κυκλάδων γῆς Gruter et Cornelius, alter tamen in margine καὶ ἀρωγῇ, Pococke ΕΥΔΙΚΙΗΚΑΙΑΡΩΡ . . — 4 ΘΕ . . . . Poc. pro θῆκεν, idemque v. 5 ΠΡΟΘ . . pro προθύροισι. — 5 ἐπιμαρτύρῳ Cornelius, correctum in margine. — 6 βουλὴ καὶ Πύρρον θῆκεν Gruter, βουλῆς κάπυρος στῆσε ἐν Cornelius, in margine vero βουλὴ καὶ Πύρρου θῆκεν. Pococke ΒΟΥΛΗΙΣΑΠ . ΥΡΡΟΥΣΤΙ . . . ἐφημοσύνη.

Eiusdem urbis alius est titulus C. I. 2588 Κόιντον Καικίλιον Ῥουφεῖνον, τὸν κράτιστον ἀνθύπατον Κρήτης καὶ Κυρήνης Κυντίλιος Πύρρος τὸν φίλον, ubi cum Pyrrhum eundem esse pateat, qui Marcellini statuam ponendam curaverit, sequitur utrumque titulum Constantino antiquiorem esse, quippe qui Cretam Cyrenenque provincias ab Rufino coniunctim administratas separaverit et alteram consulari alteram praesidi adtribuerit. Iam vero Marcellinus v. 1 Italiae correctop, v. 2 quaestor adpellatur, quo utroque munere cum non possit eodem tempore functus esse, hoc statuendum videtur, olim illum apud Cretenses quaestorem postea ad correctoris Italiae dignitatem provectum eoque ipso tempore cum novum iniret munus a Gortyniis statua honoratum esse. Quae si minus plane poeta dixisse videtur, aut ipsius inculpanda est inperitia aut interpolatorum fraus nobis quidem non deprehensa; vid. adnot. crit.

ad v. 1. — 6 Pyrrhus videtur civis Gortynius fuisse, fortasse urbano alicui muneri praefectus; similiter P. Septimium Getam ταμίαν καὶ ἀντιστράτηγον Cretae et Cyrenes statua honorant ἀρορανόμοι Gortynii C. I. 2591.

---

906. Gortyne. C. I. 2592.

Εἰκόνα τήνδ' ἐςάθρει· πέλεται δὲ τοῦ ἁγνοῦ ὑπάρχου
ἐς Κρητῶν πόλιν, ἣν μοῦνος ἔθηκε νέην·
ἀγχίθυρος δ' ἕστηκα Δίκης πέλας, εἰμὶ κριτὴς γάρ
ἤπιος ἰθυδίκοις, τοῖς δ' ἀδικοῦσι δέος.
στῆσε δὲ Καλλείνικος ἐνηὴς δόγματι νήσου,
γαίης Ἰλλυρίδος δεύτερον ἠέλιον.

Titulus superiori aetate suppar est. Constantino recentiorem putat Boeckh, qui falso ὕπαρχον (v. 1) *praefectum praetorio Illyrici* (cf. v. 6) intellegit. Immo homo ille, cuius nomen in alia parte lapidis scriptum fuit, natione Illyrius Cretam pro consule regebat; ὕπαρχος enim et ὕπατος et ἄρχων et σατράπης et ἡγεμών poetis aliisque liberioris sermonis scriptoribus saepius proconsul vocatur; cf. Becker - Marq. III 1 p. 296 adn. 17.

---

907. Sinopae. C. I. 4158 et Add. III p. 1114.

Ὁ κρατερὸς Πολιοῦχος αναξ ἠγίρατο ταύτην
νεύματι τῷ σφετέρῳ χαλκοτύπου παλάμαις
στήλην Εὐλαλίοιο, τὸν εὖ ἐνοήσατο θεσμὸς
πειθόμενον σκήπτροις αἰὲν ἀκηρασίοις.
δέρκεό μοι, φίλος, ὧδε νοήμονα τέκτονα χαλκοῦ
Ἡφαίστου σοφίῃ σῶμα μιμησάμενον.

IV fere saeculi. — 1 versus exordium simile Theocr. VII 152 τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, A. P. XVI 66 τὸν κρατερὸν Βύζαντα, ibid. VII 578 τὸν κρατερὸν Πανοπῆα, quorum ex consensu minime probabile fit, non proprium nomen esse Πολιοῦχον, sed πολιούχου i. e. *curatoris urbis* munus significari. — 3 θεσμός Welckero (*Mus. Rh.* III 272 sqq. n. 51) est ipse inperator; non credo. Poliuchus, fortasse consularis provinciae Helenoponti Eulalium statua honorat, quem ipse leges et iudicia administrans suo imperio obsequentem cognovit. — 6 ϹΟΦΙΗϹϹѠΜΑ correxi licet tribus apographis confirmatum. -- Ceterum ex Xanthopuli

fide praescripta epigrammati haec habentur ΤΟΝΚΑΙΑΥΤΟΥΣΜΕΤΑΤΩΝΣΠΕΙ ΡΟΚ, quae ad epigramma non pertinent.

---

908. Apud Eaccaeam Batanaeorum urbem. Ex Wetzsteinii apographo Kirchhoff *Act. acad. Berol.* 1863 p. 304. Lebas VI 2139.

. . . . *δικ]ασπόλον ἠδέ τε ἁγνοῦ*
. . . . *ἀνδρ]ὸς ἀριπρεπέος κατὰ κόσμο[ν*
. . . . *κῦ]δος δέ οἱ ἄφθιτον αἰεί*
. . . . *μάλα καὶ πόλεις ἄλλας*
. . . . *τει]μῆς χάριν ὑπατείης τε*
. . . . *ιου· εὐτυχίτω ἡ κολωνία.*

IV fere saeculi. — Laudes sunt vulgares; v. 4 (ubi traditum ΙΜΑΛΛ) non solum Eaccaeam sed alias quoque urbes suis beneficiis exornasse dicitur.

---

909. Nisaeae Megarensium. C. I. 1080.

a. *Ἐκ γενεῆς περίβωτον ἀπ' ἀνθυπάτων κ(αὶ) ὑπάρχων*
Πλούταρχον, καθαρῇσιν ἀοίδιμον εὐνομίῃσιν,
προφρονέως Μεγαρῆες ἀειμνήστοις ἐπὶ ἔργοις
εἰκόνι λαινέῃ στῆσαν ἀγασσάμενοι.

b. *Πάντῃ Πλουτάρχοιο κλέος, πάντῃ δέ τε θαῦμα,*
πάντῃ δ' εὐνομίης εὖχος ἀπειρέσιον,
υἱέος Εὐ[λαλ]ίοιο, τὸν Ἀλκαθόου ναετῆρες
πολλῶν ἀντ' ἀγαθῶν ἀμφὶ Δίκης τεμένει.

IV fere saeculi. Inepte fecerunt, qui de Plutarcho Chaeronensi cogitaverunt. — 7 ΕΥ . . . ΙΟΙΟ Villoison, ΕΥ . . ΙΟΙΟ Fourmont. Εὐτυχίοιο vel Εὐμενίοιο vel Εὐθυμοιο Boeckh. — 8 intellege ἔστησαν, quo aegre caretur in enuntiato relativo.

---

910. Athenis. *Ephem.* 2257. Keil *Mus. Rh.* XIV 493.

Δῆμος Ἐρεχθῆος βασιλῆ[α] λό[γ]ων ἀνέθηκαν
Πλούταρχον σταθερῆς ἕρμα σαοφροσύνης·
ὃς καὶ πρὶν ποτὶ νηὸν Ἀθηναίης ἐ[π]έλασσεν
ναῦν ἐλάσας ἱερήν, πλοῦτον ὅλον προχέας.

Plutarchum recte Wilamowitz intellegit Nestorii filium Atheniensem, Proculi Lycii praeceptorem. — 1 ΒΑΣΙΛΗ . ΛΟΙωΝ et 3 ΕΥΕΛΑΣΣΕΝ corr. Keil. — βασιλεὺς λόγων primus Herodes praedicabatur. — 3 sq. *sacram navem in pompa Panathenaica ad arcem usque et Minervae templum magnis sumptibus evexit*; cf. Wachsmuth *die Stadt Athen* I 287.

---

911. Athenis. C. I. Add. I 373 b.

Τὸν θεσμῶν ταμίην Ἑρκούλιον, ἁγνὸν ὕπαρχον,
Πλούταρχος μύθων ταμίης ἔστησε σοφιστής.

IV saeculi. — Herculius fortasse ἀνθύπατος τῆς Ἑλλάδος fuit, cf. C. I. 372. — 2 μύθων ταμίης opponitur θεσμῶν ταμίῃ. Plutarchum eundem esse in titulo antecedenti patet; diversus tamen ab eo est cui Megarenses honores prospexerunt supra n. 909.

***912.** Athenis in museo descripsi titulum ineditum.

Τὸ]ν πρόμαχον θεσμῶν [Ἑρκού]λιο[ν, ἶσο]ν ἅπασιν,
ἑζόμενον θώκων [ὑ]ψόθεν αἰπυτάτων,
δ]εινὸς Ἀθηνάων Ἀπρωνιανός σε σοφ[ισ]τὴς
στῆσε παρὰ προμάχῳ Παλλάδι Κεκροπί[ῃ.

1 C . . . ΙΛΙΟΙ . . . Ν quae si recte supplevi, dubitari nequit quin idem sit Herculius atque in tit. anteced. — 3 ab initio non plus una littera periit.

---

913. Megaris. C. I, 1081 ex schedis Fourmonti.

Ἑρκόλιον τὸν ἔπαρχον ἀ[νέστ]ησαν Μεγαρῆ[ε]ς,
παντοίω[ν ἔργων] καὶ πόλεων φύλακα·
τείχεα δ[εί]μα[το κ]αὶ [πόρ]ον ἔμπε[δ]ον [ὤ]πα[σ]ε Νύμφ[αις,
αστεα καὶ βουλὰς π[άντ' ἐφ]ορῶν σοφίῃ.

Eiusdem Herculii, cuius tituli antecedentes. — 1 ΑΙΠΗΣΑΝΜΕΓΑΡΗΣ corr. Boeckh. — 2 ΠΑΝΤΟΙω . . . ΙΣωΚΑΙ παντοίων ἐθνῶν Boeckh; cf. Aen. *Poliorc. praef.* πολλῶν καὶ παντοίων ἔργων πρόνοιαν ἐκτέον. — 3 ΔωΜ ΑΙυΙΑΙΙ.ΟΝΕΜΠΕ.ΟΝΙΟΠΑΕΝΥΜΦ corr. Boeckh, nisi quod Νυμφῶν praetulit; Νύμφαις Osann. Huius aquaeductus rudera superesse dicuntur in agro Megarensi. — 4 ΠΛΙΚΙ · ΟΡωΝ corr. Osann, sed fortasse πάνθ' fuit.

914. In Megaride. Lebas II 61.

Φ]ωσφόριον Μεγαρῆες Ἀριστονόοιο καμόντες
εἰκόνα λαινέην στῆσαν ἐπ' εὐδικίες,
οὕνεκα πυργώσας πόλιας κρατεραλγέα Θοῦρο[ν
τεῦξεν ἀτάρβητον δήιον ἐνναέτες.

IV fere saeculi. — 2 εὐδικίες i. q. εὐδικίαις, ut v. 4 ἐνναέτες. — 3 ΘΟΥΡΟ. minime certa videtur aut lectio aut explicatio. Meliora cum deficerent, Keilium secutus sum *Mus. Rh.* XIV 502, qui κρατεραλγής vocabulo novo inlato sic intellegit: *quia urbibus muris munitis acerbum bellum hostium effecit ne timendum esset incolis*, in quibus Θοῦρος (scil. Ἄρης) *deus violentus* ferri sane posset, nisi adiectivum insuper accederet δήιος.

---

915. Athenis. C. I. 373.

a. *Ἀρχὸν ἐμὲ Θεόδωρον Ἀχαῶν εἰκόνι τῇδε*
στῆσε Θεμιστοκλέης νεύματι Κεκροπίης.

b. *Ἀρχὸν ὁρᾷς Θεόδωρον, ὃς εὐδικίῃς ἀγανῇσι*
σῶσε Πανελλήνων σώματα καὶ πόλιας·
τοὕνεκά μιν κατὰ ἄστυ Θεμιστοκλέης ἀνέθηκε
εἰκόνι λαινέῃ (τῶς γὰρ ἄνωγε πόλις),
εὐχόμενος μετέπειτα θεῷ γεννήτορι πάντων
καὶ χαλκοῦ στήσιν νεύματι Θευδοσίου.

Post a. 380, quo tempore, ut bene coniecit Chandler, *Gothis Thessaliam et Epirum vastantibus honores meruit Theodorus Achaeorum dux.* Videtur autem Ἑλλάδος ἀνθύπατος tunc fuisse. — Duo distinxi epigrammata. — 2 ΚΕΚΡΟΠΙΗΙϹ — 8 ϹΤΗΕΙΝ Fourmont.

---

916. Troezene. C. I. 1187.

Πιτθεῖδαι Θεόδωρον, ἐπεὶ πόλιν ἠέξησε
πευκαλίμοις ἀγανῆς μήδεσι προστασίης,
ναὶ μὴν καὶ κτεάτεσσιν· ἐπεὶ λίπε πᾶσι νέμεσθαι
ἄργυρον ἐς γενεὴν πᾶσαν ἐπεσσομένην.

Eiusdem Theodori, cuius epigramma antecedens. — 3 sq. *pecuniam reliquit cuius usurae quotannis viritim populo distribuerentur.*

---

917. Prope Spartam. C. I. 1409. Lebas II 181.

Τὸν κλυτὸν ἡγεμονῆα Χαρείσιον ἄνθετο κούρα,
Σπάρτας ἁ πρώτα, Πηνελόπεια νέα,
ἣν μέγα χάρμα πάτρᾳ Σπαρτιατικὸς ἠέξησεν,
κυδάλιμος γενέτωρ κυδαλίμαν θύγατρα.

phallus

Δημητρίου τοῦ (Δημητρίου) γλυφή.

IV saeculi. — 2 cf. supra titulum et ipsum Spartanum n. 874 ἄλλην Πηνελόπειαν ἐγείνατο κυδαλίμη χθὼν - Σπάρτη κτλ'. Mirum sane esset si mulieris tanta laude dignae nomen taceretur; propterea recte Boeckh Χαρείσιον filiae nomen adgnovisse videtur. — Idem artifex C. I. 1330.

***918.** Romae in museo Lateranensi descripsi titulum ineditum.

Μαρκιανοῦ στίλβει τύπος Ἑλλάδος ἀνθυπάτοιο.

Vide supra n. 902.

---

919. Sidymis Lyciae. Duo sunt fragmenta. C. I. 4266 e.

a. *Τατι]ανὸς μετὰ δικανικὴ[ν τοῖς ἄ]ρχουσιν συνκαθεσθείς,*
ἡγεμόνι, βικαρίῳ, ἀνθυπά[τῳ], δυσίν τε ἐπάρχοις,
ἀρχὴν Θηβαίων λάχεν, ε[ἶτ]' Αἰγύπτου πάσης,
κεῖθεν ὑπατικὸς Συρίης, ἠδ' [ἔπ]αρχος ἑῴας,
θησαυρῶν τε θείων κόμ[ης], εἶτ' ἔπαρχος μέγας φανί[ς·
ταῦτα δ' ἔτι π[ρ]άττων ἔτ[εσι] τριάκοντα καὶ τρισίν
δέξατ' ἀείδιον ὑπάτων [λάχος] εἵνεκα πά[ν]των.

b. — — — — — — — — — — — — — —
οἱ θ]εῖοι βασιλεῖς τοῖς ἔ[ργοισιν] χαίροντες
εἵνεκ' ἀμοιβῆς ὑπατίας τε[ίμησαν] ἀφθάρτω[ς,
ὡς ἂν αὐ[τ]ῷ κῦδος καὶ τι[μ]ὴν ὀπάσοιεν
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους ἅμα τ[οὺς τότε] καὶ μετέπειτα,
οὕνεκ' ἀπειρεσίους πόνους [ἐξή]νυσεν ἀρχαῖς.

Tatianus advocatus, assessor praesidis, vicarii, proconsulis, duorum praefectorum, praetoris, praeses Thebaidos, prafectus Augustalis (a. 367), consularis Syriae, comes Orientis, comes sacrarum largitionum (a. 374),

praefectus praetorio Orientis (a. 385 - 392), consul 391, natus in provincia Lycia, cod. Theod. IX 38, 9; cf. Claud. in Rufin. I 232. Haec doctissimus amicus O. Seeck, qui Tatiani nomen invenit. Eiusdem Tatiani titulus est C. I. 4816 Τατιανὸς ἡγεμὼν τῆς Θηβαίδος ἱστορήσας ἐθαύμασεν [τὸ] θαῦμα ξυνὸν τῶν σοφῶν Αἰγυπτίων. — Restituit fere titulum Franz. — 1 . . ΙΙΑΝΟϹ — ΔΙΚΑΝΙΚΗΙ — 3 ΛΑΧΕΝ . Є | εἶτ' Seeck. — 4 ΗΔΟ ' ΑΡΧΟϹ corr. Seeck. — 6 ΔΕΤΙΠΑΤΤѠΝ δέ τι πράττων Franz — ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισίν postquam primum honorum cursum iniit i. e. post adsessoris officium. — 7 ἀειδίων Franz. — ΠΑΠΤѠΝ πάππων scribi vetuit Seeck; neque enim cum praeses Thebaidos ex equitibus legi soleret senatoriam Tatiani familiam videri fuisse. — 8 sic traditur:

. . . . ΝΑΨΕΑΥΤΟΥΓΝϹ
ΛΟΥϹΠΟΥΛΗΠΝΟ

ubi ab initio fuerit εἰκόν' ἀφθάρτου, deinde σπουδή nomen. — 10 οἱ θεῖοι scripsi. — 10 sic Franz; fortasse tamen ἀφθάρτῳ dativus servandus et ad substantivum aliquod praecedens referendus. — 11 ΑΥΙѠ — ΤΙ | ΛΗΝ τερπωλήν Franz, quod proximis non aptum est; sententia enim homerica Il. K 212 μέγα κέν οἱ ὑπουράνιον κλέος εἴη - πάντας ἐπ' ἀνθρώπους. — 13 δίηνυσιν Franz.

---

920. Romae. C. I. 5921. 5922.

I. *Τὸν σοφὸν ἐν ἀνδράσιν Εἰωνικόν, ἄνδρα μέγιστον,*
Κύιντον Ἰούλιον Μείλητον οἱ τεχνεῖται ἀνέθηκαν.

Q. Iulius Faentius alumnus cum arteficibus posuit.

In altero cippi latere:

Κύιντος Ἰούλιος Μείλητος ζῶν κατειέρωσα τῇ πρὸ ζ̄ Καλ(ανδῶν) Μαρτ(ίων).

De Mileti persona ut iudicari possit, alterum subiciam eiusdem titulum:

II. *Κύιντος Ἰούλιος*
Μείλητος προλιπὼν Ἀσίας Τρίπολιν πατρίδαν πόλιν ἁγνήν
ἐνθάδε ἦλθα ἀγῶνα ἰδεῖν προκαθεζομένου βασιλεύοντι Σεβήρῳ.
καὶ πορίσας βίον ἐκ καμάτων ἰδίων
ταῦτα ἐποίησα ἐγὼ ἀπάτην τοῖς ζῶσιν.
εὐφραίνεσθαι, φίλοι, εἰς λαβύρινθον ἀεί.

μαρμαραρίων τὸ γένος σῶζε, Σέραπι.
Ὁ τόπος λαβύρινθος.

Q. Iulius Miletus Ionicus (hoc enim alterum videtur cognomen esse), Phoenix natione, patria urbe Tripolitanus, ditissimus homo Romam profectus inperante Severo suis inpensis monstrosum aliquod aedificium faciendum curavit, quod theatrum populare fuisse suspicatur R. Rochette. Videtur autem primitus ille marmorarius fuisse (II 7) et marmorarii fortasse intellegendi τεχνῖται (I 2); inprobabile enim histriones vel mimos pantomimosve, quae est Welckeri coniectura (*Syll. praef.* XIX), tam pravis versibus eum laudavisse. — 6 εὐφραίνεσθαι i. e. εὐφραίνεσθε.

---

921. Constantinopoli in saxo quadrato sub basi marmorea. Ex Frickii apographo C. I. 8614.

Κίο]ν[α] πορφυρέην καὶ ἀργυρέην βασίλειαν
δ]έ[ρ]κεο, ἔνθα πόλῃ θεμιστεύουσιν ἄνακτες·
οὔ]νομα δ' εἰ ποθέεις, Εὐδό[ξ]ια· τίς δ' ἀνέθηκεν;
Σι]μπλίκιος, μεγάλων ὑπάτων γόνος, ἐσθλὸς ὕπαρχος.

D(omi)nae [*n(ostrae)*] *Eudoxiae semper Augustae*
v. c. Simplicius praef. urb. dedicavit.

Supplevit Frick. — *Columna illa porphyretica una cum statua reginae argentea erecta est in honorem Eudoxiae Augustae anno p. Chr. 406, collapsa est terrae concussa motu a. 732.* Kirchhoff.

---

922. Emesae Syriae in basi columnae. Lebas VI 2570.

† Κυκλοτερὴς κόσμοιο τύπος, βασιλεῦ, σε κο[μίζει
ἔθνεα πάντα λαχόντα σοφαῖς φρεσὶν ἡνιοχ[εύειν
— — — — — — — — — — — —

Tituli mutili sententia non satis perspicua. — 1 distinxit et supplevit Kirchhoff.

III. AGONISTICA.

MVSICA CERTAMINA.

***923.** Athenis ad Parthenonem. Kirchhoff 493.

Νικήσας τὸν ἀγῶνα nomen victoris . . . *χο]ρῷ[ι ἀνδρῶ[ν*
. . . . *τόνδ' ἀνέθηκ]εν ὅρον,*
ἔξοχα τοῖς ἄλλοισιν] ὅροις ἔξω κατὰ φῦ[λα
τοῦδε μεταπρέψαι καλλοσύνην] τρίποδος.

Medii fere saeculi v. — Fingo victorem aliquo urbis loco tripodem pro termino posuisse, quem reliquis terminis extra urbem conlocatis (hoc enim v. 3 dictum videtur, etsi quid sit *κατὰ φῦλα* nescio) pulcritudine longe antecellere gloriatur. Aliter Kirchhoff:

Νίκας ὅσσοι ἕλοντ' ἐν ἀγῶσι θεᾶς χο]ροὶ ἀνδρῶ[ν
δῆμος Ἐρεχθειδῶν ἐνθάδ' ἔθηκ]εν ὅρον,
στήσασθαι τεμένους χ]ώροις ἔξω κατὰ φῦ[λα
κλεινὸν ἀριστεύσας μνημόσυνον] τρίποδος. —

2 init. poteris ἐκπρεπὲς ἆθλον ἑλών, nisi forte indicato confinio quo positus erat terminus scripsit poeta μέσσον ἔθηκεν ὅρον, cf. A. P. IX 786 τόνδε καθιδρύσαντο θεῷ περικαλλέα βωμόν - Λεύκης καὶ Πτελέης μέσσον ὅρον θέμενοι κτλ.' — 3 post ΦΥ non patet plus duarum litterarum spatium, unde recte Kirchhoff φῦλα pro φυλάς scriptum esse statuit.

---

924. Athenis in theatro. Benndorf *Goett. gel. Anz.* 1871 p. 607 sqq.

Εἰ καί τις προτέρων [ἐ]ν[αγ]ωνίωι Ἑρμῆι ἔρεξεν
ἱερά, καὶ Νίκηι τοιάδε δῶρα πρέπει,

ἣν πάρεδρον Βρομίωι κλεινοῖς ἐν ἀγῶσι τεχνιτῶν
Πρ]αξιτέλης δισσοῖς εἷσατ' ὑπὸ τρίποσιν.

Medio saeculo III non vetustiorem, medio II non recentiorem esse titulum Koehler iudicat. — 1 . ΝΔΙΩΝΙΩΙΕΡΜΕΙ corr. Benndorf. Elegantissime haec dicta: *multi Mercurio certaminum praesidi sacra obtulerunt, quidni ego Victoriae?* ubi vicisse Praxiteles non tam dicitur quam subsignificatur. Quod ἐν τοῖς τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἀγῶσι vicit, Dionyso sociatur Victoria, utroque simulacro sub singulis tripodibus constituto.

---

925. In Λαμπτρέων παράλων pago attico. Lebas I 85. Ex Rossii apographo Keil *Bullet. de l'acad. de St. Petersbourg* XVI 94 (1859).

Ἡδυγέλωτι χορῶι Διονύσια [Σ]ῖμ[ος ἐνίκα.
μνημόσυνον δὲ θεῶι νίκης τόδε δῶρον [ἔθηκεν,
δήμωι μὲν κόσμον, ζῆλον πατρὶ κισσοφο[ροῦντι.
τοῦδε δ' ἔτι πρότερος στεφανηφόρον [εἷλετ' ἀγῶνα.

Aetatis certe graecae. — 1 ΔΙΟΝΥΣ et nihil ultra Ross; ΔΙΟΝΥΣΙΑΕΙ ΜΙ . . Ο Lebas; supplevit et haec et vv. 2 et 4 Keil. — 3 ΦΙΛΟΝ pro ζῆλον Lebas. — Keil κισσοφόρῳ δέ. At δέ etsi recentiores poetae post tertium vel quartum adeo vocabulum ponere non dubitaverunt, extremo tamen enuntiati loco nemo posuit. — 4 filius Dionysiorum victor patrem ad sui exempli imitationem inpulit, et vicit pater quoque. Erravit Keil.

---

926. Hermionae. Ex schedis Fourmonti C. I. 1212.

Παν]τακλῆς μ' ἀνέθηκεν· ἀδελφεός εἰμι δ' ἐκείν[ου
Πυθο]κλέης πλείστων ἀντιτυχὼν ἀέθλων·
ἑλλαδικαὶ ν]ῖκ[αι] τ[ρε]ῖς καὶ δέκα, τὰς [Νεμέῃ τε
καὶ π]αρὰ [Π]ειρήνην Κασταλίαν τ' ἔλ[α]βον,
τρεῖς δ' ἔτι καὶ Ζεὺ]ς οἶδε[ν] Ὀλύμπ[ι]ος ὡς ἐτίμας [τοι
εἰπεῖν ἐξ ἱ]ε[ρ]οῦ [φθ]εγγόμενος στόματος·
ἄσπετα δ' ἄλλων φ]ῦλ' οὐ[κ ἄ]ν τις ἀ[ρ]ι[θ]μήσειεν,
οὓς ἀν' Ἀχαιίδα] γῆ[ν ἠ]γαγόμ[η]ν στεφάνους,
ἀλλ' ὁπόσ' αὐλῳ]δός τε καὶ ἐγκυκλίοισι χοροῖσιν
ὅσσα τε κωμῳ]δός, ταῦτα καταγράφεται,
ἡνίκα Βοιωτῶν] με [π]αν[ήγυ]ρι[ς] ἐστεφάν[ω]σεν
. . . . πρῶτ' ἀ[π]ε[ν]εγ[κά]μεν[ον.

χώ] στέφανος Μούσαις Ἑλι[κω]νίσι καὶ Διονύσ[ωι
Κ]αδμείωι, τρίτατ' ἦν κῦδος ἐμοῖς γενέταις.
κ]αὶ [β]ασιλεῖς δώροισι [μ'] ἐτίμησαν τὸν ἀοιδόν
υ]ἱὸν Ἀριστάρχου, θεοῖς φίλον, Ἑρμιονῆ.

Pantacles et Pythocles fratres, quorum nomina divinando restituit Boeckh, inter eos numerantur qui Soteriis ludis delphicis interfuerunt III saeculo, in titulo apud Wescher et Foucart *Inscr. delph.* 4 χοροὶ ἀνδρῶν· Πυθοκλῆς Ἀριστάρχου Ἑρμιονεύς, Πανταχλῆς Ἀρι[στάρχ]ου Ἑρμιονεύς. Epigrammatis male traditi incerta emendatio, certior interpretatio est, cuius viam fere monstravit Wilamowitz; intellexit enim inde a v. 3 usque ad v. 6 enumerari victorias ex magnis et panhellenicis ludis reportatas, deinde reliquas. — 3 . Υ . . . ΙΚ-ΤΕΒΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΑΣ . . ΓΙ νῖκαι τρεῖς καὶ δέκα Boeckh; ab initio ἑλλαδικαί sim. Wilamowitz, in fine idem Νεμέῃ τε vel τε Νεμείῃ. — 4 ΑΡΑΡΕΙ — ΤΕΛ ΒΟΝΑ corr. Boeckh. — 5 ΣΟΙΔΕΟΛΥΜΠΟΣ et 6 ΣΓ . Ε . ΟΥΡΟΕΓΤΟΜΕΝΟΣ Ζεὺς οἶδεν Ὀλύμπιος Boeckh idemque v. 6 .. ἀπὸ θεσπεσίου, quod cum et ad litteras et ad rem aptius esset eo quod ipse posueram coniecit Wilamowitz τὰς δέκα (i. e. Nemeaeas Isthmias Pythias), καὶ τρεῖς οἶδεν Ὀλύμπιος ὡς ἐτύμας μοι Ζεὺς ἀπὸ θεσπεσίου φθ. στ. quae displicent. — 7 ΔΟΥΛΟΥ . . ΝΤΙΣΑΓΙΟΜΗΣΕΙΕΝ et 8 ΙΓΗ\ΓΑΓΟΜΕΝ οὐκ ἄν τις ἀριθμήσειεν Boeckh, reliqua supplevit correxitve Wilamowitz. — 9 et 10 egregie restituit Boeckh. — 10 ϽΛΟΣ ΤΑΥΤΑ — 11 Γ . Ο . ΜΕΤ . ΑΝ . . . Ρ . ΔΕΣΤΕΦΑΝΟΣΕΝ μὲ πανήγυρις Wilamowitz. Videtur enarrari, unde victorias in catalogos relatas (v. 10) reportaverit. Proximis deinde versibus victoriis suis et Musas dicitur celebrasse et Bacchum Cadmeum, denique (τρίτατα) etiam parentes. — 12 Ι . . . ΙΝΟΣ . . \ . ΩΙΠΡΩΤΑΙΕΙΣ . ΕΓΕΝΟΜΕΝ ἀπενεγκάμενον etsi difficilis tamen necessaria videtur correctio. — 13 ΕΛΙΙ . . ΝΙΣΙΚΑΙΔΙΟΝΥΣΟΥ corr. Boeckh. — 14 τρίτατα cave ad πρῶτα (v. 12) referas. Ludi quoniam in deorum honorem celebrabantur, recte is qui ludis interfuit ipsos deos nobilitasse dicitur. — 15 ΑΙΙΑΣΙΛΕΙΣΔΩΡΟΙΣΙΝ δώροισί μ' probabiliter Wilamowitz.

***927.** Athenis ad στοὰν Ποικίλην. Ephem. 3785.

Ὁ δῆμος ἐνείκα. Λούκιος Φλάουιος Φλάμμας Κυδαθηναιεὺς ἦρχε.

Πάντες χοραγοὶ πᾶς τε φυλέτας χορός
ἄγαλμα δήμῳ Κέκροπος ἐστάσαντο με,
ἑκούσιοι μεθέντες ἐξ ἀγωνίας,

ὡς μὴ φέροι τις αἶσχος ἀποκισσούμενος·
ἐ]γὼ δ' ἑκάστῳ τόσσον εὐκλείας νέμω,
καθ' ὅσσον αὐτῷ ξυνὸς ὢν ὀφείλομαι.

II fere p. Chr. n. saeculi. — 3 legebatur με θέντες, correxit Neubauer. Victoria dubia fuerat. — 5 sq. ***prout quisque ad me ponendum contulit, suam cuique laudis partem tribuo.***

***928.** Athenis in theatro Dionysi. Rhusopulus *Ephem. arch.* 1862 n. 165.

Νίκαν μὲν Πτολεμαίου ἐπώνυμοι Ἀτταλίδας τε
λαὸς ἕλεν φυλᾶς τ' ἔκγονοι Ἀδριανοῦ
Αἰγείδας τε φερεστέφανος Πανδειονίδαι τε
αἷμά τ' Ἐρεχθειδᾶν, κοῦροι ἐγερσιβόαι.
ῥυθμοῖσιν δ' ἕσποντο πολυπτύκτοις Ἀγαθοκλεῦς,
τα]ρσοῖς αὐλοβόαν Ζώσιμον ὁσσόμενοι.
nomen . .] *ἆρχεν Ἀθανάοις, ἔντυνε δὲ μολπάν*
. . . . . . *νος ψαλμοῖς ἀμφικρότοισι Τρύφων.*
nomen . . . . *ιάνασσα χοραγία, ἀμφὶ δὲ νίκα*
ἕσπετο οἱ κλειν]ά τ' ἀγλαία τρίποδος.

Epigramma Hadriano haud ita multo recentius tripodi subscriptum fuit, qui quo loco rotundae basi infixus fuerit etiamnunc prodit foramen satis magnum. — Choreutae ex variis tribubus electi fuerunt, chorodidascalus idemque poeta Agathocles (v. 5), tibicen Zosimus, praecentor Tryphon, choregi et archontis nomina perierunt; cf. Simon. ep. 148 ed. B[4]. — 5 ΑΓΑΘΟΚΛΕΥϹ Koehler, cuius lectionem mecum conmunicavit Neubauer; Rhusopulus et ego ΑΓΑΘΟΚΛΕΙϹ legimus. — 6 ͻϹΟΙϹ legi, ^ϹΟΙϹ Cumanudes *Philist.* III 461 ; ταρσοῖς proposuit Wilamowitz sic fere explicans *Tryphonem intuentes ad eiusque tibias suum conformantes gradum*, quae explicatio quamlibet inpedita vera esse potest. — 8 fuerit participium velut μελπόμενος. — 9 ingeniose Wilamowitz ita hoc distichon temptavit:

ἀμφὶ δ' Ἄγρων]ι ἄνασσα Χοραγία, ἀμφὶ δὲ Νίκα
ἔπλετο κυδαλίμ]α τ' Ἀγλαία τρίποδος,

in quibus placet sane Νίκη dea, placeret etiam Χοραγία, si non cum Victoria coniuncta esset, displicet plane neque ferri potest Ἀγλαία τρίποδος; quamquam enim quid in hac figura ausi sint veteres non nescio, his tamen similia nec Haupt adtulit (*Opusc.* II 166 sqq.). Mihi

ἀμφιέπομαι ita dictum videtur ut sit *comes illi obtigit choregia*, *obtigit etiam victoria victorique tripodis praemium;* nominatur *χορηγία πασιάνασσα* simil., ut choregus is esse significetur qui sumptibus susceptis choreutarum et musicorum studia excitaverit et tamquam gubernaverit.

***929.** Athenis in arce. Videtur ineditum.

Nomen victoris . . *χορηγ]ῶν ἐνείκα.*

Οὗτος ὅτ' . . . . *ἐχ]ορήγεε, φυλαῖς*
δὴ τότε Κεκροπιδῶν ἔξο]χα νεῖκος ἔην·
οὗ τρίποδα κλεινὸν λεύσσεις ἔ]μὲ πρῶτον ἄεθ[λον
nomen choregi . . . *τοῦ Β]ερενεικίδεω·*
κοῦροι μὲν Πτολεμαίου ἐπ]ώνυμοι ἠείδο[ντο,
ῥυθμοὺς δὲ nomen . . *ἥρμοσ]ε Λαοδικεύς.*

II vel III saeculi.

---

930. Athenis in Parthenonis pariete. Lueders *Bullet. arch.* 1872 p. 251.

Νίκας Ἀλκιβιάδου σημήιον ἐνθάδε κεῖμαι·
στᾶσε δέ μ' οὐ μολπᾶς, ἀλλ' ἀρετᾶς ἄεθλον.

ἐπὶ ἱερείας Ἀλεξάνδρας τῆς Λέοντος ἐκ Χολλειδῶν.

Alexandra Cteti uxor, Isidis sacerdos in titulo apud C. Curtium *Diar. arch.* 1871 p. 17.

***931.** Athenis. In Barbacio descripsi. Vtor etiam quod benigne mecum conmunicavit Michaelis apographo.

Σοὶ τάδ' Ὀνήτ]ωρ μῆλα, πατρώιε, σήματα νίκης
Πυθῴης ἱερῆς τ' ἀντίθεμ' εὐεπίης·
τὸν Νεμέη Θήβη τε καὶ εὐρύχορος Λε[βάδεια
μηδοφόνος τε Πλάται' ἠγλά[ισεν στεφάνοις,
ἀσπίς τ' Ἀργείη, θώρηξ . . . .
δισσάκι Ῥαριά[δος . . . .
Φοῖβε, σὺ δ' εὐ . . . .
. . . .

Litterae vulgares aetatis romanae; v. 1 scriptum ΠΑΤΡΩΪΕ. — 1 ΠΩΡ

haec ut reliqua supplevit Michaelis. — 1 *μῆλα* cur *σήματα νίκης* Phoebo donaverit ille satis explicare non queo. In promptu est Ἀπόλλων *μαλόεις* Lesbiorum, sed nihil hoc proficimus, neque huc pertinent quae Herculi Melitensi obferri solebant mala, cf. Dettmer *de Hercule attico* p. 12. — 3 sq. Lebadeae Παμβοιώτια (C. I. 1588), Plataeis Δαίδαλα et minora et maiora agebantur (Paus. IX 3, 2 sqq.). — 5 θώρηξ quo tendat edoceri velim. — 6 fortasse precabatur ut augeret sibi deus *τὴν εὐ[επίην]*, nam rhetor vel poeta Onetor videtur fuisse coll. v. 2. — 8 prima littera superaṭ Σ.

AVRIGARVM CERTAMINA.

932. Saidae in urbe prope Sidonem sita. Waddington ad Lebas VI 1866 a. Antea ex Weberi apographo Kirchhoff *Act. acad. Berol. min.* 1862 p. 183 coll. *Philol.* XIX 357.

Σιδωνίων ἡ πόλις Διότιμον Διονυσίου νικήσαντα Νέμεα ἅρματι.

Τιμόχα[ρι]ς Ἐλευθερναῖος ἐποίησε.

Ἀργολικοῖς ὄκα πάντες ἐ[ν ἄγκεσιν ὠκέας ἵππους
ἤλασαν ἐκ δίφρων εἰς ἔριν ἀν[τίπαλοι,
σοὶ καλόν, ὦ Διότιμε, Φορωνίδος [ὤπασε λαός
κῦδος, ἀειμνάστους δ' ἦλθες ὑπὸ στεφ[άνους.
ἀστῶγγὰρ πράτιστος ἀφ' Ἑλλάδος ἱππικὸν [ε]ὖχος
ἄγαγẹς εἰς ἀγαθῶν οἶκον Ἀγηνοριδᾶν.
αὐχεῖ καὶ Θήβας Καδμηίδος ἱερὸν ἄστυ
δερκόμενον νίκαις εὐκλέα ματρόπολιν·
πατρὶ δὲ σῶι τελέ[θ]ει Διονυσί[ωι εὖχος ἀγ]ῶνος,
Ἑλλὰς ἐπεὶ τρανῆ τόνδ' ἐβόασε [θρόον·
'οὐ μόνον ἐν ναυσὶν μεγαλύνε[αι ἔξοχα, Σιδών,
ἀλλ' ἔτι καὶ ζευκτοῖς ἀθλοφ[όροις ἐν ὄχοις.'

Timocharis Eleuthernaeus III saeculi artifex. — 2 ΑΝΙ — 9 ΤΕΛΕΣΕΙ — ΙΩΝΟΣ — 10 ΕΒΑΣΟΕ. Omnia restituit Kirchhoff, praeter v. 9, ubi Waddingtonis lectionem nondum noverat.

***933.** Athenis. Miller *Revue archéol.* 1872 p. 354.

Τ. Δομίτ(ιον) Προμ(η)θέα Ὥαθεν πα[ρ]άδοξον, περιοδονε[ί-κ]ην τὸν ἀντικοσ[μητὴ]ν Τ. Δομίτ(ιος) Προμ(η)θε[ὺς] Ὥαθεν καὶ Τ. Δομί(τιος) [Νά]ρκισσος τὸν [ἑαυτῶν] πατέρα.

Ὀλύμπια	*Πύθια*	*Ἴσθμ[ια]*	*[Νέμεια]*
$\overline{α}$.	$\overline{β}$.	$\overline{α}$.	$\overline{α}$.

Ἄλλοτε μ[ὲν σταδίοις με κατέ]στεφεν Ἑλλὰς ἅ[πασα
ἅρματι νεικήσαντα Δ[ιὸς] Πεισαῖον ἀγῶνα,
ἄ]λ[λο]τε δ' ἐν Νεμέῃ, Πυθοῖ [δίς, πέμπτ]ον ἐν Ἰσθμῷ,
εὐμ]όχθ[ου] νείκης ἆθλα [φέ]ρον[α π]άτρῃ,
ἑξ]ήκονθ' ἱ[ερ]ῶν ὧν ἔλαβον στεφάνων
ἐν] πλείστοις ἱεροῖς, οἷς [θ]έμα κεῖτο μόνον.
$\overline{γ}$.

Τ. Δομίτιον Προμηθέα ἀντικοσμητήν Neubauer docuit me inveniri in tit. *Philist.* III 344, 4, quem titulum, cum eosdem fere enumeret magistratus atque tit. *Philist.* IV 168, huic necessario aequalem esse, i. e. anni fere 240; cf. Neubauer *comment. epigr.* p. 153. — Suppleveram priusquam Milleri disputationem cognovissem, raro ut res fert ab eo discrepans. — In praescriptis bis scriptum in lapide ΠΡΟΜΘΕΑ et ΠΡΟΜ ΘΕ[ΥΣ. — ἑαυτῶν ante πατέρα addidi propter spatii rationes. — 1 ἅ[ριστον M. — 3 Πυθοῖ τε καὶ ἔσχον ἐν Ἰσθμῷ M. — 4 . . . ΟΧΣ . . εὐμόχθου invenit M. — 5 . ΞΗΚΟΝΘΙ . . ΩΝ quae aliter legi nequeunt, quamquam mirus est genetivus *sexaginta coronarum* ἀσυνδέτως positus et quidem pendens ab ἆθλα vocabulo v. 4, magisque etiam mirus liberior vocis στεφάνων usus, cum quidem ἀγῶνας θεματικούς et στεφανίτας inter se opponi pateat; neque denique infra scriptum $\overline{γ}$ numerale explicare possum, nisi forte ad satis singularem carminis conpositionem spectat, in quo tres pentametri tres hexametros excipiunt.

---

934. Olympiae. Dittenberger *Diar. arch.* 1876 p. 141 n. 19.

Ἵππῳ νικήσαντα Θεόπροπον ἔστεφε Πῖσα,
εὐπατρίδην Ῥόδιον, συνκλητικῶν γενετῆρα.

II vel III saeculi. — Filii ad senatoriam dignitatem provecti erant.

---

935. Constantinopoli supra anaglyphum, in quo auriga exsculptus est in quadriga adstans flagellum coronamque manibus tenens magna hominum caterva cinctus victori plausus ferentium. Equorum nomina adpicta Νικοπόλεμος, Ῥαδιᾶτος, Πύρρος, Εὐθύνικος. Henzen *Bullet. arch.* 1847 p. 122.

Ἄλλ]οις παυσαμένοισιν, [ἀεθλεύοντι δὲ μούνῳ
Πο]ρ[φ]υρίῳ βασιλεὺς τοῦτο [δέδωκε γέρας·
πολλάκι νικήσας [γ]ὰρ ἑο[ὺ]ς π[όρεν ὠκέας ἵππους,
λάζετο δ' ἀντιπάλων καὶ πά[λιν ἐστέφετο.
ἔνθεν ἔην Πρασίνοις ἔρις ἄσπε[τος, ἔνθεν ἀυτή·
'ὡς Βενέτους, τέρψῃ, κοίρανε, κα[ὶ Πρασίνους'.

δῆμος Πρασίνων.

ἄγεται, οὐκ ἄγεται, οὐ μέλει μοι· δὸς ἡμῖ[ν] Πορφύριν,
Πρασ]ίνο[ι]ς Πορφύριν.
ἔ]τερ[ψ]εν εἰς Βένετον, τέρψει καὶ εἰς Πράσινον·
εἰ δ' αὐτός, λάβε τὸ δημόσιον.

Epigrammatis fragmentum ex Anth. Plan. V 340 supplevi *de monum. aliquot graecor. carminibus* p. 18 sqq. — 2 . . . . ΡΟΥΡΙΩ et v. 3 ΤΑΡΕΟΙϹΠϹ lapis. — 6 τέρψει Planudes. — Porphyrius Calliopas natione Afer (de quo copiosius exposui *l. s. s.*) celeberrimus quinti sextique saeculi apud utramque factionem auriga, idemque variarum circensium seditionum auctor et dux. — 2 βασιλεύς fortasse Anastasius, cf. *l. s. s.* p. 32. — 3 significatur diversium, de quo cf. Constant. Porphyrog. *cerim. aul. byzant.* p. 336 d. ed. Bonn. δείλης κελεύοντος τοῦ βασιλέως γενέσθαι τὸ διβέρσιον κατέρχεται ὁ ἀκτουάριος καὶ φέρει τοὺς τέσσαρας ἡνιόχους . . . καὶ ἐπιτρέπει αὐτοῖς ποιῆσαι τὸ διβέρσιον καὶ ἀνταλλάξαι τοὺς ἵππους . . . ἀντιπαραδιδοῦσι τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας· τὰ δὲ σκεύη οὐκ ἀντικαταλλάσσονται - φοροῦσι δὲ πανία σημεῖα, μηνύοντα ὁ τοῦ Βενέτου Πράσινον, ὁ τοῦ Πρασίνου Βένετον. Mutatis equis qui victoriam tulit, ad eam factionem sese conferebat, ὅθεν εἰσὶν οἱ ἵπποι, καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν τὰ ἔπαθλα στεφομένων αὐτῶν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπέρχονται εἰς τὸν αὐτῶν δῆμον. Cf. *l. s. s.* p. 21 sq. et quae addidit Friedlaender *Ind. lect. Regimont. aestiv.* 1872. — 5 sq. postulant Prasini sibi ut cedatur Porphyrius auriga; inperatori enim ius erat aurigas alteri utri factioni tradendi, cf. *l. s. s.* p. 20. (τέρψῃ coniunctivus pro futuro positus ex usu byzantino; cf. Lobeck *Phryn.* p. 722.) — Eadem paullo inmodestius flagitant Prasini in eis quae subscripta sunt, ubi ΗΜΙΙ traditur, deinde ΙΝΟΥϹ et ϹΤΕΡΥΕ, ἔτερψε corr. Buecheler. Minatus esse inperator videtur, nisi quietem

agerent, certamina fore ut omnino prohiberentur; respondent illi *sive fient sive non fient* (ἄγεται, οὐκ ἄγεται *scil.* τὸ ἱππικόν, cf. *l. s. s.* p. 20), *cede Porphyrium*, et adiciunt ad ipsum Porphyrium conversi *si ipse audes*, *sume pannum prasinum*; hoc enim esse τὸ δημόσιον demonstravit Reiske ad Const. Porph. *l. s. s.* p. 344 sq. Videntur haec a seditiosis clam subscripta esse.

CERTAMINA GYMNICA.

936. Argis. C. I. 17 ex schedis Fourmontii. Melius Ross *inscr. ined.* I 55 et Lebas II 108.

Ἄλ]κων ἀνέθηκε [τῆ]ντεα
Ἰσχύ[λ]λου, θ[ε]οῦ [ἱ]ὸς τοῖς δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις
τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ὶ] δὶς τὸν ὁπλίτα[ν.

v saeculi initio. Conclamatas huius tituli difficultates paullo violentius sustuli. Est autem Rossii-apographum tam adcurate factum, ut de earum saltem quae perierint litterarum numero dubitari plane non possit. Ab initio tituli duae interierunt; relicus versus, qui desinit verbo ἀνέθηκε, integer est. Eadem plane est alterius versus condicio, cuius extremum vocabulum Ross tradidit ΙΣΡΥ+ΗΟ, consentiente Lebasio, nisi quod hic antepaenultimam litteram Ι fuisse testatur confirmata Fourmontii lectione. Inde consequitur cum neque a fine quidquam desit et proximus versus ab initio plane integer sit, non posse scribi Ἴσχυλλος. Tertii deinceps versus certa est lectio ΘΙΟΡΟΣΤΟΙΣΔΑΜ. Iam nomen requiritur vel solius victoris vel ipsius atque patris; possis Ἰσχύλλου Θίοπος, ut concedam Θίοπον nomen graecum esse. At restat primum tituli vocabulum cuius tres quae superant litteras Ross ΟΟΝ tradidit, Lebas vero diserte errasse illum testatus primam litteram nec theta nec omicron sed coppa esse dixit; unde certus est vocabuli in —κων exitus. De plurali genetivo cum nequeat cogitari, restat ut nominativus fuerit ad ipsum victorem referendus. Duo igitur eiusdem enuntiati verba habes ἀνέθηκε et νίκη, quae ferri nequeunt. Itaque ut duo constituerem enuntiata studui, ΘΙΟ aut scriptum male aut lectum pro θεοῦ ratus, Ρ autem litteram iam mutilam olim spiritus notam superne inferneque clusam fuisse existimans. Reliqua bene restituit O. Mueller ap. Franz. *Elem. epigr.* p. 71 (cf. p. 380). — Ceterum ex eis quae disputavi patet primum versum hexametrum non fuisse; pro Ἄλκων vix

invenies aptius nomen. — 2 σπάδιον dorice i. q. στάδιον, cf. Ahrens *dial. dor.* p. 109. — ὁπλίταν scil. δρόμον.

---

937. Aphidnis. Rangabes 992.

ΝΙΑΝΑΔΕΞΑΜΕΝΟΙ
ΝΗΟΣΕΝΑΣΤΕΙΓΑΝΤΗΕΓ
ΚΑΙΔΟΛΙΧΟΚΡΟΤΑΦΟΥΝ
ΦΥΙΟΥΤΕΣΤΑΔΙΟΝΕΩΣ
ΓΟΥΝ ΥΕΣ Λ

Dicuntur haec superesse ex titulo viginti fere versuum. Memorabile est adiectivum δολιχοκρόταφος v. 3; deinde σταδίου nomen v. 4 argumentum tituli videtur indicare.

---

938. Tanagrae. C. I. 1582.

Εἰκόνα τήνδε ἀνέθηκε Φορύστας παῖς ὁ Τρίακος,
κῆρυξ νικήσας καλὸν ἀγῶνα Διός·
ἄλλους τε ἀθλοφόρους πτανοῖς ποσὶν εἷλον ἀγῶνας,
εὐόλβου δὲ πάτρας ἄστυ καλὸν στεφαν[ῶ].

Καφισίας ἐπόεισε.

I fere vel ante vel post Chr. n. saeculi; litterae vulgares praeter Γ, si fides est Rossii apographo; Π formam habet Leake. — Phorystam recte Boeckh hominem adgnovit *validis lateribus praeditum*, ut pariter voce (κῆρυξ v. 2) ac pedibus vigentem. — 2 etiam praeconandi artem fuisse coronarum praemii haud expertem notum est; cf. Boeckh ad C. I. 1583 quemque adtulit Ciceronis locum *ad famil.* V 12, 8. — καλὸν ἀγῶνα Διός cf. supra ad. n. 492 et Diod. XV 53, 4. Cleosthenis victoris ol. 66 epigramma est apud Pausan. VI 10, 7, quod Tanagraeus poeta imitatus est:

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου.
νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός.

ubi v. 2 scribendum ἵπποις νικήσας, cf. n. 492. — 4 ΣΤΕΦΑΝΟ.

---

939. Synnadis. Perrot *Revue archéol.* 1876 p. 201.

Εἷς δρόμος, εἷς στέφανο[ς]· νίκης κρίσις ἀμφοτέροισιν
ἔλ(λ)αχεν ἰσοταχής· οὔνομα δ' Ἱππόλυτος.

ταῦτα δὲ κηρύσσοντος ἀκο[ύσα]ς Εὔαγρος ἡμ[ῶ]ν
στῆσεν ἀγ[ω]νοθέτης εἰκόνας ἀμφοτέρ[ω]ν.

Litterae vulgares praeter A. — 3 AKO | EIΣ corr. Egger. Ter praeterea in apographo peccatum O littera pro Ω scripta. — Miro casu accidit ut duo homines eodem Hippolyto nomine idem subeuntes cursus certamen eodem praemio ornarentur.

---

940. Athenis in arce. *Ephem.* 179. Rangabes 989.

Ν]ῖκαι ἐξ
Παναθήναια παί[δων
Θαργήλια . . . . . .

Τ]οιάδε τις δείξας παραδε[ί]γματα παισὶν ἑαυτοῦ
μᾶλλον ὀρέξασθαι τῆς ἀρετῆς προτρέπει.

Et litterae ΓΣ et scriptura EAYTO quarti saeculi indicia. — In praescriptis ΔΙΚΑΙ, quod correxit Keil *sched. epigr.* p. 13, idemque *παίδων* supplevit. — Titulus vix integer est.

***941.** Athenis in arce. Ex Rossii Bursianique apographis Keil *Bullet. acad. Petropol.* 1859 XVI 98 sq. Cf. C. I. 233.

Διοφάνης Ἐμπεδίωνος
νίκη Ἰσθμοῖ.

Ἐμπεδίωνος παῖδες Ἀθηναῖοι δύ' ἐνίκων,
Διοφάνης ἀγένειος [ἐν] Ἰσθμῶι παγκρατι[αστής,
καὶ πρόγονος Στέφ[ανος]· ῥώμην δὲ χερῶν [ἐ]π[έ]δ[ει]ξ[αν.

III fere a. Chr. n. saeculi. Supplevit Keil. — 2 Σ . ΙΣΘΜΩΙ legebant; meum apographum ceteroqui paullo plenius hoc loco deficit. — 3 legi I/ΙΓ . ΔΙ . ΞΙ/, unde confirmatur Keilii coniectura. — Diophanes inter pueros (*ἀγένειος*), inter viros iuvenesve (*πρόγονος*) vicerat Stephanus, cuius cur non praefixum sit nomen nescio. — Ceterum plane non video quomodo ante v. 1 ad dextram ΤΟΦΩΝΓΑ et extremo versu primo ΚΛΕΙ litteras in lapide deprehendere potuerint.

---

942. Thera in insula. Henzen *Annal. Instit.* 1864 p. 107.

Δωροκλείδας Ἱμείροντος
Ἑρμᾶι καὶ Ἡρακλεῖ.

Ἁ νίκα πύκταισι δι' αἵματος· ἀλλ' ἔτι θερμόν
πνεῦμα φέρων σκληρᾶς παῖς ἀπὸ πυγμαχίας
ἔστα παγκρατίου βαρὺν ἐς πόνο[ν]· ἁ μία δ' ἀώς
δὶς Δωροκλείδαν εἶδεν ἀεθλοφόρον.

I fere a. Chr. n. saeculi; litterae vulgares praeter A.

---

943. Athenis, olim sub anaglypho. C. I. 250.

Ἆ]θλα τὰ τῆς νίκης Ὡράριος Ἡρα[κλείδου
λα]μπάδας Ἑρμείαι θῆκε καὶ Ἡρα[κλέι.

II fere p. Chr. n. saeculi. — Aurarius (sic Keil *de inscr. attica* 1864; Horarius Heraclides Neubauer *Herm.* XI 146 adnotans Horarium praenomen esse) fortasse ephebus fuit gymnasii. — 2 ΗΡΑΙ hoc ut reliqua supplevit Boeckh.

---

944. Oenoandis Pisidiae. C. I. 4380 m. coll. Add. III p. 1169.

Ἀγωνοθετοῦντος Ἰουλίου Λουκίου [Μ]ει[δ]ίου Εὐαρέστου πανηγύρεως ἐ[πετείου] Εὐαρεστείων, ἧς αὐτὸς συνεστήσατο ἐξ οἰκίων χρημάτων, Πόπλιος Σθένιος Φρόντων Οἰνοανδεύς, υἱὸς Ποπλίου Σθενίου Λικινιανοῦ, στεφθεὶς ἀνδρῶν παγκράτιον κοινὸν Λυκίων.

Παίδων μὲν τὰ πρῶτα πάλην ἔστεψέ με πάτρη
καὶ κύδηνε κλυτῇ εἰκόνι χαλκελάτῳ·
πανκράτιον δ' ἀνδρῶν κοινὸν Λυκίων μετέπειτα
ἀράμενος πάτρῃ θῆκ' ἐρατὸν ξόανον.

In praescriptis ΠΕΙΛΟΥ Schoenborn, Π.ΙΛΙΟΥ sched. Danielli; Μειδίου Franz. Eiusdem agonothetae mutilus titulus C. I. 4380 n. — Post πανηγύρεως omnes Ε - - - - - - - ΕΥ κτλ'. ἐπετείου Wilamowitz. Euarestei ludi ab ipso agonotheta eiusve patre vel proavo videntur instituti esse.

---

945. Prope Thessalonicen inventus cippus, in quo mirmillo exsculptus est altera manu fascinam et pugionem tenens. Longpérier *Rev. archéol.* 1849 p. 198 sqq.

Εὐφράτης πάις ἦλθον, αἴθ' ἑ πλοκαμεῖδες ἐπῆσαν·
ἑξάκι νικήσας πατρίδ' ἐπη[υ]κλέισα.

1 *αἴθ' ἑ* pro *ἔθ' αἱ* scriptum esse dixi *de monum. aliquot graecor. carminibus* p. 40, cf. Petron. c. 57 *et puer, inquit, capillatus in hanc coloniam veni: adhuc basilica non erat facta.* — 2 ΕΠΗΛΚΛΕΙΣΑ legebatur *ἐπικλέισα.* Cf. Simon. ep. 125 *νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλείσας* et id. ep. 156 *ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν*, ubi extrema *παρ' ὑπόνοιαν* addita. *Anthol. app.* 308 *χαῖρε Κλέων, Θήβας πατρίδ' ἐπευκλείσας*, denique cf. supra n. 21, 12 et infra n. 947, 6.

---

946. Trallibus Cariae. C. I. 2936.

Εὐβούλου Πολλίων κληίζομαι· ἐστὶ δὲ πάτρη
Νῦσά μοι εὐκλειής· πόλιος δὲ γέρηρέ με δῆμος
Τράλλεος εἰν ἀέθλοισιν ἀταρβέ[ος] Ἡρακλῆος.

ἀγωνοθετούντων καὶ ἀναθέντων τοὺς ἀνδριάντας Μ. Αὐρ(ηλίου) Συ[μ]μάχου Κυανίου καὶ Μ. Αὐρ(ηλίου) Ἑρμείου.

3 ΑΤΑΡΒΕΣ — In subscriptis ΣΥΙΩΜΑΧΟΥ. Deinde *Κυάνιος* recte se habere puto neque emendandum *Κιανοῦ.*

---

947. Romae, in tribus anaglyphi lateribus. C. I. 5923.

a. . . . *τρος αὐτοῦ Ν[εική]της Ἡρακλεῖ[ος] προβιβασθείς,*
καὶ αὐτὸς ἄθλοις τοῖς ἐν σταδίοις τ[ε]τεύχειν,
καὶ πρῶτον στεφθεὶς στάδιν καὶ αὐτὸς δὲ δίαυλον
Ἡελίου τε δρόμον Μήνης τε Σελήνης ἆθλα τελέ(σ)σας,
μείζονα θ' Ἡρακλέους . . . . ἐνιγ[κ]ών,
αἶσι τῶν γονέων τὸ γένος καὶ πατρίδ' [ἐπ]ε[υκλεί]σ[ας ἔ]παι[ν]ον ἔχ[εσκ]εν.
Ῥώμῃ τῇ κοσμ[οτρ]όφῳ χάριν οἶδε μεγίστην,
ἐν μεγάλῃ δόξῃ τ' ἔδραμε [ν]εικήσας
στέμ]μα[τα πέν]τε τυχ[ώ]ν· καὶ [σεμνῶ]ν εἰμ[ι] προφήτης
ὢν γε προεῖπα θεῶν.

b. . . . . . *Νεικήτης, τῷ γένει [Μ. Τύλ]λ[ι]ος*
Εὐτύχης Βειθυνὸς τεχνείτης ἐποίει.

c. *ἀληθ]ὴ[ς ἐ]ς τοὺς [θ]νη[τ]οὺς γείνετε θεὸς Ἑρμῆς* . . . . .
Μ.] Οὔ[λ]πιος φίλος . . . . *καὶ αὐτὸς σὺν* . . . .
Εὐοδίῃ, ἣν εὔχομε σώζεσθε πάντοτε.

De restituendis titulis desperandum videtur; melius cederet opera si anaglyphum quale fuerit sciremus: interim intellexisse sufficit in inscriptione vilissimo dicendi genere argumentique vulgaritate insigni non nimis magnam nos fecisse iacturam. — 1 ΗΡΑΚΛΕΙ Ligorius apud Muratorium; nihil nisi . . . ΛΕΙϹ Osann, qui etiam magis mutilo utitur apographo. — 2 ΤΟΤΕΥΧΕΙΝ non intellego. — 5 post Ἡρακλέους legitur ϹΥΝΕΙΔΗϹ, quod fuerit feminini generis nomen, ad quod αἶσι dativus referri possit; fortasse igitur μείζονα[ς] Ἡρακλέους . . . ἴδας ἐνεγκών scribendum. — ΕΝΕΓ | ΧΩΝ — 6 ΠΑΤΡΙΔΟϹΤΕΤΥΧΗϹ | . . ΟϹΠΑΙΔΙΟΝΕΧΘ | ΕΝ ἔπαινον Franz, cetera probabiliter correxi; cf. supra ad n. 945. — 7 ΚΟϹΜ | . ΚΟΦΩ corr. Franz. — 8 sq. . ΕΙΚΗϹΑϹΡΩΜΑ | . . ΗΤΕΤΥΧΟΝ . ΚΑΙ | . . ϹΥΝΕΙΜΗΠΡΟΦΗ | ΤΗϹ in quibus quae conieci eorum nihil certum est praeter εἰμί. Franzii supplementa intellegi nequeunt.

Titulus b sic traditur:

ΟϹΕΞΙΑ
ΝΕΙΚΗΤΗϹ
ΤΩΓΕΝΕΙ ΚΕΙΛΕΟϹ
ΕΥΤΥΧΗϹ κτλ'.

ubi ab initio in promptu est Osanni coniectura Ἐφέσια. — Μ. Τύλλιος Neubauer, qui recte eundem artificem adgnovit in tit. attico C. I. 247 Μάρκος Τύλλιος [Εὐτύχης] Ἀπαμεὺς τῆς Βιθυνίας, cf. *Diar. arch.* 1876 p. 68 sq.

Titulus c omnium inpeditissimus hic est:

ΟΗΕ
ΟϹΤΟΥϹ
ΟΝΗΡΟΥϹ
ΓΕΙΝΕΤΕ
ΘΕΟϹ
ΕΡΜΗϹΕΙΑ
ΕΥϹΚΟΥΠΙ
ΟϹΦΙΛΟϹ
ΑΠΟΛΙΕΙ
ΛΑϹΑΚΑΙ

ΑΥΤΟCCΥΝΔЄ
ΜΑΔΙЄΥΟ
ΔΙΗ ΗΝЄΥ
ΧΟΜЄ CωΖЄ
CΘЄΠΑΝΤΟΤЄ

ubi ab initio ἀληθής posui; Ἵλεως Franz idemque θνητούς v. 3 recte, cetera temere adtrectans. — 13 nec cuius sit votum patet nec pro qua muliere factum; σὺν δάμαρτι inprobabiliter v. 11 sq. Franz.

IV. EPHEBICA.

948. Teno in insula. Ex Francisci Desippae apographo pessimo *Ephem.* 3408.

Οἱ] ἐφηβεύσαντες ἐπὶ γυμνασιάρχου Φιλίσκου τοῦ Φιλίσκου,
Σίμου τοῦ Ἀρχα[γ]όρου Ἑρμῆι καὶ Ἡρακλεῖ.

secuntur epheborum nomina

Τᾶς με[λέ]τας ἄνθημα διάκτορον ἔνθα με κεδνοί
θ[έντ]ο παλαι[σ]τριτᾶν ἠιθέ[ω]ν φ[ύ]λα[κ]α,
ἔργμ]ασιν εὐτάκτοισι μεμαλό[τε]ς ἄκ[ρ]ον ἔφηβοι
καὶ φιλί[αι] Χαρίτων τε ἄμμιγ' ὁμοφροσύναι,
τοὶ περὶ γυμνασίαρχον ἀεὶ μεδέοντα Φιλίσκον
σ[ω]φροσύνα[ς], Σῖμον [τ' ἔ]ν[γονο]ν Ἀρχα[γ]όρου,
οὕνεκ' ἐ[γὼ πι]νυτ[ᾶ]τα καὶ ἀγλαὸν ἤθεσι κόσμον
δῶ[κ]α καὶ ἐ[γ]μώμου πάντοθεν εἰρυσάμην.

Litterae vulgares praeter ᴧ; titulus ineuntis videtur romanae aetatis. Emendaverunt Bergk *Fleckeis. Ann.* 81 p. 63 (cf. Meineke *ibid.* 87 p. 375 n. 22) et Keil *Philol. vol. suppl.* II 570 sqq., qui praescripta una cum epheborum catalogo restituit; traditur ab initio ΜΕΦΗΒΕΥΣΑΝ ΤΕΣ et paullo post ΑΡΧΑΙΟΡΟΥ. — 1 ΜΕΝΤΑΣ et 2 ΘΝΗΠΟΝΠΑΛΑΙΤΡΙΤΑΝΗΙ ΘΕΟΝΦΙΛΑΣΑΙ corr. Bergk. Mihi et κεδνοί, quod nimis longe abest ab nomine ἔφηβοι, substantivo videtur egere et φύλακα adiectivo; itaque conicio παλαιστρίταν ἠίθεοι φύλακα. — 3 Σ . . ΛΑΣΙΝ ἔργμασιν Bergk, σχήμασιν Keil, quod propter hoc ipsum quod vocabulum rei proprium est elegantiori poetae iniungendum non est. — ΛΟΝΣΑΚΤΟΝ ἄκρον Keil, αἰέν Bergk. — 4 ΦΙΛΙΧΑΡΙΤΩΝ — 6 ΣΟΦΡΟΣΥΝΑΙ — ΣΙΜΟΝ . . . ΝΕ . . .

ΝΑΡΧΑΙΟΡΟΥ Σῖμον τ' ἔκγονον Neubauer, perfecit emendationem Wilamowitz, idemque σωφροσύνας genctivum restituit. — 7 ΘΥΝΕΚΕ . . ΡΟΝΥΤ . ΤΑ et 8 ΔΩΡΑΚΑΙΕΙΜΩΜΟΥ corr. Bergk.

---

949. Spartae herma. Ross *Inscr. ined.* n. 29.

Συνέφηβοι Δαμοκράτους.

Δαμοκράτη, νέον Ἑρμείαν, υἱὸν Διοκλῆος
ἀμφὶ παλαίστραισιν στήσαμεν ἡμετέραις,
παῖδες ἀνίκατοι, σθεναροὶ κρατεροὶ συνέφηβοι,
Ἑρμάωνι θεῷ πλεῖον ἀγαλλόμενοι,
βουλαῖσιν πινυτοῖο Φιλουμενοῦ, ὅς πλ[έ]ον ἄλλων
ἐστὶν ἐπιστατέων γυμνασίαις πρύτανις.

II p. Chr. n. saeculo vix antiquius epigramma. — 4 πλεῖον quia ipse Damocrates iam Mercurius factus est. — 6 ἐπιστατέων participium; fuerit Philumenus curator aedificiis restituendis praepositus, cf. Dittenberger *de ephebis atticis* p. 46.

***950.** Athenis herma apud gymnasium quod dicunt Hadrianeum. Franz *Bullet. arch.* 1835 p. 210.

Τόνδε ἀπὸ δᾳδούχων ἱερῆς μητρός τε γεγῶτα,
ἣ τελετὰς ἀνέφαινε θεοῖν παρ' ἀνάκτορα Δηοῦς,
Αἴλιον Ἀπολλώνιον, κλεινὸν κοσμήτορα παίδων,
στῆσεν ὁμώνυμος υἱός, ὃς ἄρχων ἦεν ἐφήβων.

Hadrianeam aetatem produnt et praenomen Αἴλιος et vetustior θεοῖν forma, denique locus, ubi inventus est titulus. — Aelius Apollonius πατρόθεν Lycomida, μητρόθεν Phyllida fuit. — 4 ἄρχων ἐφήβων cf. Neubauer *comment. epigr.* p. 54 sq.

***951.** Athenis herma. Cumanudes *Palingenesiae* 1865 mens. Nov. n. 22.

Ἱππέα Ῥωμαίων τὸν ἐν ἠιθέοισιν ἔφηβον,
Κήρυκος Ζήνωνος ἀφ' αἵματος υἱέος υἱόν,
Ζήνωνος Ζήνωνα, κλυτῶν προγόνων κλυτὸν ἔρνος,
πατρὸς καὶ μητρὸς Στρατόλας παραμύθιον εἶναι.

Litterae ζ antiquior forma Hadrianeae fere aetatis indicium. —

2 de gente Cerycum orti filius pater avus homonymi. — 4 cf. supra ad n. 502, 4. Defuncto patet iuveni hermam positum esse; quis posuerit nescitur.

***952.** Athenis herma. Cumanudes *Philist.* I 428.

Εἰ]κόνα κοσμητοῦ Ἑρμείου παῖς Θεόδωρος,
Ἡρακλέους ἱερῆος ἀνέστησεν σὺν ἐφήβοις.

Litterae ϵcω. — 2 σὺν ἐφήβοις, qui dedicando aderant.

---

953. Athenis herma mutilus. Minusculis litteris ed. Dittenberger *Hermae* XII 7 (C. I. Att. III 749).

Δόξαν συν[εφή]βοις, χρηστότη[τος] εἵνεκεν
Κάλλιπ[π]ος Ἀντιφῶν τε [τὸν κο]σμήτορα.

1 *epheborum consilio.*

---

954. Athenis herma. C. I. 268.

Ὁμωνύμου παῖς εἰμι κλινὸς Ἀρχ[ικλῆς.
κοσμητής
Ἀρχικλῆς (Ἀρχικλέους) Λακκιάδης.

Ἐπὶ Δειδί(ου) Σεκούνδου Σφηττίου ἄρχον[τος.

Sequitur tabula magistratuum et epheborum.

Anno 112 ex coniectura adsignat Didium Secundum archontem Neubauer *Comment. epigr.* p. 150. — Senarii supplementum, quod fugerat Boeckhium, etiam Keil invenit, cf. Neubauer *Hermae* XI 142.

---

955. Athenis herma. Cumanudes *Philist.* III 60 et IV 468.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλ[ὴ] καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων τὸ[ν] κοσμητὴν Ἡλιόδωρον Π[ει]ραιέα.

Σχῆμα τόδ' Ἑρμείαο καὶ εἰκόνας Ἡλιοδώρου
κεστροφόροι ξυνῷ τῷδ' ἀνέθεντο τύπῳ,

τοῦ μὲν ἐπεὶ θεός ἐστι καὶ εὔ[αδ]ε παισὶν ἐφήβοις,
τοῦ [δ' ὅ]τι κο[σ]μητῶν ἔξοχον εἶλ[ε] κλέο[ς.

Ἐπὶ ἄρχοντος Φο[υρ]ίου Μητροδώρου Σουνιέως ο[ἱ] ἔφηβοι ἀν[έγ]ραψαν τοὺς παιδευτὰς καὶ ἑαυτούς.

sequitur tabula magistratuum et epheborum.

Furius Metrodorus archon ca. a. 115; cf. Neubauer *Comment.* p. 145. — 1 εἰκόνας plurale in metri gratiam. — 3 ΕΥ.ΛΕ corr. Cumanudes idemque reliqua supplevit.

---

956. Athenis herma. C. I. 270.

Εἰκόνα τήνδε Ποθεινὸς ἐν εὐφήβοισι παλαίστραι
τεύξας κοσμητοῦ θήκατο Νυμφοδότου.

Ἐπὶ τῆς Γαίου Ἰουλίου Κασίου Στειριέως ἀρχῆς, κοσμητὴς ἐφήβων Ὦλος Πόντιος Νυμφόδοτος Ἀζηνιεὺς κτλ'.

Iulius Casius archon ca. a. 120; cf. Neubauer *Comment.* p. 19. — Idem (*Herm.* XI 139) defendit epigramma ab inutili emendandi studio, recteque εὐφήβοισι idem esse ait quod ἐφήβοισι. Non tamen recte υ litteram temere insertam putat in metri simulque lusus cuiusdam gratiam; illius enim aetatis homines cum υ vocalem non aliter pronuntiarent ac φ consonantem, nihil nisi consonantis duplicationem ab arsi excusatam scriptor conmisit. Explicandum autem ἐν ἐφήβοισι non *dum in ephebis est*, sed *una cum ephebis*, sicuti supra σὺν ἐφήβοις n. 952. — παλαίστραι dativus a participio τεύξας pendet. — Ceterum inprobabilis videtur Dittenbergeri emendatio (*Herm.* XII 1 sq.) ἐν εὐφήβοισι παλαίστραις, ut sint palaestrae ἀγαθοὺς ἐφήβους ἔχουσαι.

---

957. Athenis ad Prytaneum. Cumanudes *Philist.* III 62. C. I. Att. III 736.

Ἦρ]χε μὲν Ἡρώδης, κοσμήτεε δ' ἐσθλὸς [Ἴακχο]ν
εἱροπόλος, νυχίων μυστιπό[λος συν]όδων·
Διογένης δ' ἐχάραξ' ἑτάρου [εἵνεκα] Μαρκιανοῖο,
τάνδε γραφὰν φιλίης μνημόσυνον θέμενος·
τῶν δ' ἄρ' ὁ μὲν Πτολεμαῖον ἐπώνυμον ἔλλαχε φυλᾶς,
αὐτὸς δ'] Ἡρακλέους ἔγγονον Ἀντίοχον.

Ἐκεσ]τροφυλάκει Εὐτυχίδης Ἀσκληπιοδώρου Αἰξωνεύς.

Ti. Claudius Herodes Marathonius archon fuit tertius ἀπὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ . . . Καίσαρος Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ (tit. att. *Philist.* I 381); i. e. 127 vel 129, cf. Dittenberger *Hermae* VII 213 sqq. — 1 suppl. Cumanudes. Cosmetae nomen, quod ex sacro ritu tacetur, Dionysius est Marathonius; cf. tit. s. s. — 2 μυστιπόλων συνόδων Keil *Philol. vol. suppl.* II 591, μυστιπόλος Buecheler. — 3 et 6 supplevi *Hermae* XI 383; Keil v. 3 ἑτάρου ὔνομα et v. 6 ἄλλος δ'. Non recte Dittenberger *Herm.* XII 6 Diogenem una cum Marciano (ἑτάρου μετὰ Μαρκιανοῖο v. 3) amicitiae monumentum posuisse iudicavit; nam cui hoc φιλίης μνημόσυνον dedicaretur dictum oportuit.

---

958. Palaeochorio Megarensium. Ex schedis Fourmonti C. I. 1100.

— — — — — — — — — — —

. . . . ὀ]εσσαν ἐυξε[ί]νων Με[γαρήων
ἣν ἀρετὴν διὰ] π[ᾶσ]αν, ἐπὶ φίλος ἦεν ἅπ[ασιν.
ἀλλὰ χάριν μνήμ]ης ζάθεον, βρέτας ὃς [τ]ό[δ' ἔθηκεν
ζωὴν Δ]ειογένους εἵνεκ' [ἀμ]ειψ[αμένου,
οὐδὲν ἰδὼν τούτου] φιλίη[ς γ]λυκερώτερον ἀν[δρός
τῆς τ'] ἐν [γ]υ[μ]νασί[οις μ]νωόμενος φ[ιλίης,
Μαρκιανὸς] τάδ' ἔγραψε, τεὸς φίλος· ἀλ[λὰ φίλει με
καὶ κρυερὸ]ν χ[θ]ονίων ὅ[ρμ]ον ἀ[μ]ειψά[μενος.

Diogenem, quem mortuum amicus imagine honorat, Atheniensem fuisse conieci (*Herm.* XI 384) eundem, qui Marciani sodalis memoriam coluit titulo antecedenti. Hinc v. 12 Marciani nomen supplevi; utrumque vel certe Diogenem non civem sed hospitem fuisse Megarensem docet epitheton (v. 6) εὔξεινος. — Ab initio quae tradita sunt non expedio:

ΠΟΙϹΙ
ΛΟΕΜΕΠΙΟΡΟϹΗΜΥΟϹΛ
ΑΙΠΟΥϹΛΙϹΠΟΕΛΟΝΙΙΙΑΓΕΡ
ΕΙΚΑΙΕΥΓΕΝΙΗΟΥΠΟ
ΜΛΟΑΙΟϹΠΙΝΥΤΗΝΔΑΚΑΧΟΙ
ΘΕϹϹΑΝΕΥΞΕΝѠΝΜΕ κτλ'.

ubi v. 4 κάλλει κεὐγενίῃ praecelluisse praedicatur Diogenes, v. 6 Megarenses morte sua graviter adflixisse dicitur. — 6 Με[γάρων] praeivit Boeckh. — 7 ΜΠΛΕΑΝ extr. ἅπασιν Boeckh. — 8 ΙΙΗϹ — ΟϹ·Ο — 9 ΕΙ ΝΕΙΚΛΛΕΙΨ εἵνεκα Boeckh dedit. — 11 ΕΝΕΥΝΑϹΙΕΝѠΟΜΕΝΟϹΦ μνωόμενος coni. Boeckh. — 13 ΝΧΕΟΝΙѠΝΟΙΝΟΝΛΛϹΕΙΨΑΙ ἀμεῖψαι Boeckh.

959. Athenis herma. *Ephem.* 1862 n. 202.

Ἑρμῆν Χρυσίππου κοσμήτορος ἐσθλοὶ ἔφηβοι
ἀντ' ἀρετῆς πάσης θῆκαν ἀριπρεπέως.

παιδοτριβοῦντος διὰ βίου Ἀβασκάντου τοῦ Εὐμόλπου Κηφεισιέως ἔτος ζ.

Abascanti paedotribae primus annus est $13^7/_8$, septimus $14^4/_5$; cf. Neubauer *Herm.* XI 396. — Quae circa phallum hermae incisae sunt litterae, inlusit eas manus recentior.

---

960. Athenis herma. *Ephem.* 2235.

Ἀγαθῇ τύ]χῃ
ἐπὶ ἄρχοντος Φ]λ. Ἀρριανοῦ Παιανιέος

κοσμη]τεύοντος Ἀθηναίου [σύσ]τρεμμ' ἀνέθηκεν
τῶν ἰδίων πολέμαρχος Ἀπολλοφάνης συνεφήβων.

In subscriptis Abascanti paedotribae annus decimus notatur, i. e. a. $14^7/_8$. — Supplevit Neubauer *Comment.* p. 96. — 1 ab initio syllaba abundat; vide quae secuntur.

---

961. Athenis herma. *Ephem.* 1862 n. 107.

Ἀλκιδάμου κοσμητεύοντος ἔφηβοι.

Intra annos 145-150; cf. Neubauer *Comm.* p. 112.

---

962. Athenis in arce inventus titulus scuto rotundo lapideo inscriptus. C. I. 284.

. . . . εὐήν]ορος ἀλκῆς
αἰὲν ἐς ἀγχεμαχ . . . .
— — — — — — — — — — —
ἄνθεσαν] Ἀλκαμένους κοσμητεύοντος ἔφηβοι.

Sequitur epheborum tabula. Scriptus est titulus Caracallae fortasse aetate, cf. Boeckh ad C. I. 283; tamen interrupta temporum continuitate huc rettuli propter v. 3 praecedentibus titulis simillimum, quem haud recte a vv. 1 et 2 separaverunt. Scriptus enim est in scuti circulo interiore, exterior cuius nunc quidem fracti octava fere pars superesse

dicitur reliqua habet ΟΡΟΣΑΛΚΗΣΑΙΕΝΕΣΑΝΧΕΜΑΧ . . Octava pars, nisi fefellit ratio, cum 22 sit litterarum, integri circuli 176 litterae fuerunt vel quinque heroici versus, quibus nihil inpedit quominus verba interius scripta continuata fuisse putemus. Superare igitur videntur (nam certa res non est) quae supra posui ex ampliore sex fere versuum carmine, cuius ne sententiam quidem adsequor.

---

963. Athenis. C. I. 425.

Τόνδε ἀρετῇ προὔχοντα νέον, φίλον ἀθανάτοισιν,
μουσοπόλον Φιλότειμον, ὁμώνυμον υἱέα πατρί
Σύμφορος ἐσθλὸν ἑταῖρον ἀνέστησεν συνέφηβον,
πίστιν καὶ ζώοντι φέρων μνήμην τε θανόντι.

Ἐπὶ ἄρχοντος Τίτ(ου) Αὐρ(ηλίου) Φιλήμονος [Φιλ]άδου, κοσμητεύοντος Στατίου [Σε]ραπίωνος Χολλείδου.

T. Aurelius Philemon archon a. 159 vel 160; cf. Neubauer *Comment.* p. 23. 152. *Herm.* XI 397.

***964.** Athenis herma. *Ephem.* 1860 n. 200.

Λεὼς ἐφήβων τόνδε κοσμητὴν θέτο
Ὄνασον Ἑρμάωνι κυδήνας ἴσον.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ τὸν κοσμητὴν τὸν ἐπὶ Κλ(αυδίου) Λυσιάδου ἄρχοντος Ὄνασον Τροφίμου Παλληνέα γραμματεύσαντα τοῦ συνεδρίου.

Claudium Lysiadem archontem Antoninorum nunc aetati tribuit Neubauer.

---

965. Athenis herma. Litteris minusculis Dittenberger *Hermae* XII 9 (C. I. Att. III 753).

Ἑρμᾶν Ἀλέξανδρος μ' Ἀλεξάνδρου πατρός
ἔστασ' ἐφήβων εὐκλεᾶ κοσμήτορα.

Alexandrum cosmetam Dittenberger eundem esse vidit, qui in titulo *Philistoris* IV 272 Commodi aetate scripto archonte Ti. Claudio Bradua Attico Marathonio memoratur.

---

966. Athenis. C. I. 246 ex schedis Fourmonti.

Φιλαδέλφεια
ἀγαθῆι τύχηι.

Ἦρ]χεν ὁ [Δ]ε[ι]ο[γ]ένης [μέν], ἐκοσμήτευε δὲ ἐφήβων
Μάρκελλος, πινυτῆς σύντροφος εὐδικίης.
ἐν δ' ἄρα [ἠ]ιθέοισιν ἐφήβοισιν κρατεροῖσιν
τὴν πυμάτην τάξιν Μάξιμος ἦρε πάλης.
τοῦ δὲ . . . . . . Ἀσκληπιάδης [σ]τεφα[ν]οῦτο
τὴν πρώτην παίδων τάξιν ἀφ' Ἡρακλέους.
φωνη . . . .
— — — — — — — — — — —

Versus inconditos addendo omittendo corrigendo in ordinem redigebant Curtius et Sauppe *Act. societ. litt. Gott.* 1859 VIII 161. — 5 pentametrum puta. — 6 αὐλιεῖον fontem antro coercuit cf. A. P. VI 334 αὖλια καὶ Νυμφῶν ἱερὸς πάγος. Nymphis et Mercurio vicina Herophila sibylla Idae Troico in oppido condita fuit (Paus. X 12, 6), nec minus Erythraea sibylla (Paus. *l. s. s.*), iuxta cuius antrum Eutychianus fontem instruxerat (v. 1), ex Nympha nata esse dicebatur.

1076. Romae. C. I. 6191.

Μέμφις καὶ Γελάσις Χαρίτων λουτρὸν τόδε τεῦξαν.

Traditur ab initio . ΙΜΕΝΦΙϹ et extr. ΤΕΥΞΑΝ . Ι ., ut duae lineolae

rectae interpungentis notae esse videantur. — Melius scripsisset τόδε λουτρὸν ἔτευξαν. A. P. IX 609 Τῶν Χαρίτων τόδε λουτρὸν ἀθύρματα· καὶ γὰρ ἐκείνας-μοῦνας ἔσω παίσδεν τὰς Χάριτας δέχεται.

1077. Romae. C. I. 6322.

Λουτροῖς ἀενάοισι ἀθύρ[ματα . . . . . .
δ]ό[ξ]αν ἐῷ γεν[έ]τᾳ . . . .
. . . .

1 ἀθύρματα recte videtur Franz posuisse, cf. ad n. 1076. At λουτροῖς dativum nescio quomodo explicem. Videtur enim et nomen dedicantis et verbum ἔτευξεν in eodem versu fuisse. — 2 sq. sic traduntur:

ЄΝΙΑΟΖΑΝЄѠΓЄΝΗΤΑΙ — — —
ΠΑϹΑΡΟΛѠΜΙЄΝΟϹΚ — — —

ubi ῥόδων nomen facile deprehendas, difficile suo loco ponas.

1078. Adanis Ciliciae. C. I. 4440 et melius ibid. Add. III p. 1171.

Ὄντως σῆς ἀρετῆς, Αὐξέντιε, καὶ τόδε θαῦμα
δείμασθαι ποταμοῦ χειμερίοισι δρόμοις
αρρηκτον κρηπῖδα σιδηροδέτοισι θεμείλοις,
ὧν ὕπερ εὐρείην ἐξετάνυσσας ὁδόν,
ἣν πολλοὶ καὶ πρόσθεν ἀπειρείῃσι νόοιο
Κυδναίων ῥείθρων τεῦξαν ἀφαυροτέρην·
σοὶ δ' ὑπὲρ ἁψίδων αἰώνιος ἐρρίζωται,
(καὶ ποταμὸς πλήθων πρηύτερος τελέθει),
αὐτὸς τήνδε γέφυραν ἀνασχόμενος τελέσασθαι
ἡγεμόνος πιθοῖ τοῦ διασημοτάτου,
ὄφρα σε καὶ μετόπισθεν ἔχοι κλέος ἶσον ἐκείνοις,
οἳ Νείλου προχοὰς ζεῦξαν ἀπειρεσίους.

Auxentius iussu praefecti, cuius nomen tacetur (v. 10), Cydnum flumen ponte iunxit firmiore; qui antea facti erant inpetum fluminis sustinere non potuerant. — 8 parenthesin signific..vi; nam verba (v. 9) αὐτὸς-ἀνασχόμενος continuanda eis sunt quae v. 7 leguntur σοὶ-ἐρρίζωται.

II. HEROVM ET VIRORVM CLARORVM MONVMENTA ARTIFICVM ARTIVMQVE TITVLI.

1079. In museo privato Britannico. Leake *Transact. of the Royal Soc.* 2 d. series I 305. Welcker *Mus. Rh.* III 274 n. 53.

Καὶ μετὰ λαοφ[ό]νον ξίφος υἱέ[ος] ἤρκεσα πάτρῃ,
κτεῖνα δ' Ἀχιλλῆα γήραος εὐφραδίῃ·
ἐς δεκατὸν δ' ἐκράτησα Π[αν]ελλήνω[ν] ἐνιαυτό[ν],
πρὸς δὲ μ[ί]τον μοιρ[ῶν] ουτις ἔχε[ι] δύνασιν.

Priami statuae olim subscriptum fuit epigramma, quod ab initio mutilum esse nescio an non recte censeat Welcker. Idem recte explicat: *gloriatur se etiam post Hectoris necem patriae defendendae parem fuisse. Noti enim strategematis, quo Achilles Paridis Deiphobique manu periit, auctor ferebatur Priamus, Eur. schol. Hec. 388 Dind.* λέγεται γὰρ κληθῆναι αὐτὸν πρὸς τοῦ Πριάμου ὡς φίλον καὶ φονευθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου διὰ βέλους. — 4 legebatur μοίρ[ης].

1080. Prope Ilium novum. C. I. 3626.

Τίκτε τέχνα τὸν ἄριστον ἀμύντορα πατρίδος αἴης,
οἷον Ζεὺς ὦρσεν, οἷον Ὅμηρος ἔφ[η.

Miro acumine ignotum quendam hominem patria ignota ex matre Techna natum finxerunt et Welcker (*Syll.* 44) et Boeckh. Patria nimirum Ilium est, eiusque defensores Priamidae, quorum quem potissimum intellegas nec per se dubium est et verba docent οἷον Ζεὺς ὦρσεν. Sunt enim Homeri verba Φοῖβος Ἀπόλλων, ὅς ῥά οἱ Ἕκτορ' ἐπῶρσεν, nisi quod

pro Apolline poeta memoria deceptus ipsum Iovem posuit. Fuerunt igitur versus Hectoris statuae subscripti, quem τίκτε τέχνα i. e. *quem ars exsculpsit.* Hectoris heroum et statuam Iulianus Ilii se vidisse narrat in epistola nuper ab Henningio edita (*Hermae* IX 257) v. 16 ἡρῷόν ἐστιν Ἕκτορος ὅπου χαλκοῦς ἕστηκεν ἀνδριὰς ἐν ναίσκῳ βραχεῖ· τούτῳ τὸν μέγαν ἀντέστησαν Ἀχιλλέα κατὰ τὸ ὕπαιθρον. — 2 ΕΦΥ corr. Welcker.

1081. Prope Ilium novum. C. I. 3632 ex schedis Koehlerianis.

Οὐκ ἴσ]α πατρὶ [π]αθόντα κατέσχε με Ἰλιὰς α[ἶα
ἀλκὰν Ἑλλαδικὰ[ν] κευθομένα λαγ[ό]σιν.

1 traditur:

ΑΠΑΤΡΙΗΓΑΘΟΝΤΑ
ΚΑΤΕΣΧΕΜΕΙΛΙΑΣΑ

quibus fretus Boeckh ἀπατρίῃ γάθοντα scripsit interpretans *peregrina habitatione et quasi exilio gaudentem*, quae plus uno nomine vituperanda sunt. Re diu perpensitata coniecturam proposui valde quidem incertam, Aiacis quoddam epitaphium esse putans, quem ut πύργον Ἀχαιῶν ita ἀλκὰν Ἑλλαδικάν apte adpellari posse puto. Sententiam repetii ex Soph. *Ai.* 434 sqq.

ὅτου πατὴρ μὲν τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς
τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ
πρὸς οἶκον ἦλθε πᾶσαν εὔκλειαν φέρων·
ἐγὼ δ' ὁ κλείνου παῖς κτλ'. coll. vv. 465 sq.

— αἶα rarum vocabulum certo restituit Boeckh. — 2 ΛΑΓΩΣΙΝ — κευθομένα pro κεύθουσα dictum videtur soloece.

1082. Romae in villa Albani. Anaglypho exsculptus Hercules quiescens. C. I. 5984. Iahn *Bilderchron.* p. 68 sqq. 74.

a. sub tripode

Ἀμφιτρύων ὑπὲρ Ἀλκαίου τρίποδα Ἀπόλλωνι.

addito scholio:

τοῦ]το[ν] ὑπὲρ Ἡρακλέ[ο]υς φασὶν δαφνηφορήσαντος ἀ[ν]ατεθῆναι· τὸ γὰρ ἐ[ξ] ἀρχῆς οὐχ Ἡρακλῆ ἀλλ' Ἀλκαῖον αὐτὸν καλεῖσθαι.

b. sub anaglypho

Οὓς ποτ' ὑπ Εὐρυσθεῖος ἀναγκασθεὶς [τέλεσ' ἄθλους·
πρῶτα μὲν ἐν Νεμέᾳ βριερὸν κατέπεφνε λέοντα,
δεύτερον ὕδραν Λερναίαν ἔκτεινε, τρίτον δέ
καπρὸν ἐν Ἀρκαδίᾳ, στικτὴν ἔλαφον δὲ τέταρτον·
πέμπτον δὲ στρουθοὺς Στυμφαλίδος ηλασε λίμνης,
ἕκτον δ' Αὐγείαο ἐφόρει κόπρον· ἕβδομον ἐλθών
ἐκ Κρήτης ταῦρον μέγαν ἤγαγεν, ὄγδοον ἵππους
Θρῄκης ἐξέλασεν Διομήδεος, Ἱππολύτης τε
ζω]στῆρα ἐξεκόμισ(σ)εν Ἀμαζονίδος, δέκατον δέ
Γηρυόν]ην ἔκτεινε [καὶ ἤ]γαγε βοῦς ἀγελαίας·
ἑνδέκατον δ' ἐξ Ἅιδου ἀνήγαγε [Κέρβερον αἰνόν,
Ἑσπερίδων δ' ἤνεγκε μολὼν [ἐπὶ τέρματα γαίης
χρύσεα μῆλα, δράκοντα λαθ[ών, τὸ πανύστατον ἔργον —
δώδεκα μὲν τούσδ' ἐξε[τέλεσσε τότ'· ἀλλὰ πάρεργα
Βούσειριν μὲν ἐν Αἰγύπτ[ῳ κτάνεν, ἐν Λιβύῃ δέ
Ἀνταῖον· Φολόην Κεντ[αύρων ἐξεκάθηρεν.
Κύκνον ἰδ' ἀετόν, ὃς τὸ [Προμηθέος ἤσθιεν ἧπαρ,
ἐν Λυδοῖς πύματον θ' . . . .
. . . .

Consimili ratione Herculis labores conplures enumeraverunt et grammatici et poetae, quorum omnium proxime ad tabulam Albanam accedit scriptor epigr. append. Planud. 92; uterque enim metro usus tritissimo singulos labores quam plenissime ut in puerorum usum explicat, nullo admixto dictionis fuco. Omnibus autem hoc propositum erat, ut ieiuno argumento quam brevissime enarrato acuminis aliquid adderent, velut Philippus (app. Plan. 93) αὐτὸς Ὄλυμπον ἔχω et frigidissime iocans grammaticus ille (*ibid.* n. 92) τὸ τρισκαιδέκατον τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον· μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις. Anaglyphi versus qui fecit non sibi defuit; versu enim extremo, quem non video qua alia ratione expleas, idem ille dixisse videtur, quod anaglypho exsculptum est, exantlatis tot aerumnis ad superos receptum esse Herculem. — 1 post ἀναγκασθεὶς legit Stephani . . . ʟ⅃ . . recteque supplevit. Coepta versus primi sententia repetitur v. 14. — 9 ζωστῆρα Corsini. — 10 suppl. Reinesius. — 11 Κέρβερον Victorius, cui addendum adiectivum; θηρίον αἰνόν clausula est Theocritea XXV 205. — 12 εἰς ἔσχατα χώρας Franz. — 13 λαθών Franz, reliqua supplevit Wilamowitz. — 14 ἐξεγ . . vel ἐξεν . . traditum; ἐξετέλεσσ' ἄθλους Stephani. Vocabulo ἄθλους non opus est, cf. ad v. 1; scripsi τότ' i. e. ὅτε ὑπὸ Εὐρυσθέως ἠναγκάσθη (v. 1); ἀλλὰ πάρεργα addi-

dit Wilamowitz. — 15 suppl. Stephani. — 16 suppl. Michaelis; vocabulo *ἐκκαθαίρειν* utitur grammaticus app. Plan. 92, 7. — 17 suppl. Franz. Cycnum propterea puta cum Promethei vexatore conpositum, ut avium par (cygnus et aquila) ne disiungerentur. Interficiendi verbo, quo opus est, cum in hoc versu locus non sit, proximo demum versu fuerit necesse est, quem sic *exempli causa* explevit Franz *ἐν Λυδοῖς πύματον κτάνε Συλέα καὶ Λιτυέρσην*. At certa est θ littera post *πύματον*. — 18 ab initio *ουτον* vel *ιιυτοις* traditum et spatio novem litterarum intermisso *Ξυτε*. Stephani nihil legit nisi . ΥΤΟ.

***1083.** Athenis prope Lysicratis monumentum. Cumanudes 1.

Κόδρου τοῦτο πέσημα Μελανθείδαο [ἄνακτος,
ξεῖνε, τὸ καὶ μεγάλην Ἀσίδα τειχίσα[το·
σῶμα δ' ὑπ' ἀκροπόληι φέρων τάρχυσεν [Ἀθήνης
λαός ἐς ἀθανάτους δόξαν ἀειραμέ[νου.

Litterae vulgares praeter Α; videtur ΙΙ p. Chr. n. saeculi. Supplevit Conze. — 1 ex Pausania (I 19, 5) videtur conligi posse prope Ilissum cecidisse Codrum; Lycurgus *Leocr.* 86 *πρὸ τῆς πόλεως* dicere satis habet. Lapis eo loco repertus, ubi sepultum regem credebant (v. 3). — 2 Paus. VII 2. — 4 *ἀειραμένου* Buecheler.

1084. Romae extra portam Trigeminam (*alle tre fontane*) herma. C. I. 6092.

Ὅμηρος.

a. *Ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς μακάρων τε προφήταν,*
Ἑλλάνων δόξης δεύτερον ἀέλιον,
Μουσέων φέγγος, Ὅμηρον, ἀγήρατον στόμα κόσμου
παντός, ὁρᾷς τοῦτον δαίδαλον ἀρχέτυπον.

\>

b. *Οὐχ ἔθος ἐστὶν ἐμοὶ φράζειν γένος οὐδ' ὄνομ' αὐτό,*
νῦν δ' ἕνεκ' Αἰλιανοῦ πάντα σοφῶς ἐρέω·
πατρίς μοι χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομά φασιν Ὅμηρον,
ἐστὶ δὲ Μουσάων, οὐκ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

\>

c. *Εἰ μὲν θνητὸς ἔφυς, πῶς ἀθάνατόν σε ἐποίησαν*
Μοῦσαι καὶ Μοιρῶν νῆμα ἀνέκλωσαν, αναξ;

εἰ δ' ἦσθα ἀθάνατος, πῶς ἐν θνητοῖς σε ἀριθμοῦσιν;
οὐ μὰ σὲ ταῦτ' ἐχρῆν, σεμνὲ ποιητά, φρονεῖν·
ἀλλ' ἔγνων τὸ ἀληθές, ἐπεὶ τὸ σαφὲς διαφεύγει·
ἄνθρωπόν φασιν, θεῖέ σε Ὅμηρε, πέλειν.

Litterae vulgares; II saeculo non antiquior inscriptio, si quidem in Menandri titulo (v. seq.), qui ut eodem loco positus ita eodem tempore ab eodem poeta scriptus et ab eodem lapidario sculptus est, dativo φίλῳ (v. 1.) iota non additum est. Aelianum περὶ ζώων scriptorem utrumque fecisse epigramma omnes fere crediderunt, quorum sane hoc favet opinioni, quod versus pedestrem magis quam poeticum sermonem resipiunt. Aelianum tamen, qui in bibliothecae suae vestibulo hermas posuit, eundem carmina fecisse docent tituli alterius vv. 9 sqq. Ceterum ex schedis vaticanis Ligorii notitiam protraxit Welcker *Mus. Rh.* 1845 III 466, Menandri una cum Homeri hermam repertum esse in villa Claudii Valeriani Aeliani Praenestini, tunc *Casale di Valeriano* nominata; quae qua fide digna sint nescio. — Primum epigramma paucis mutatis Antipatri Sidonii est A. P. VII 6. — 1 μακάρων δέ codex. — 2 Ἑλλάνων βιοτᾷ codex, cui quod Aelianus δόξης substituit cum obscurus fieri vereretur ineptus factus est. Melius poeta IV saeculi supra n. 906, 6 γαίης Ἰλλυρίδος δεύτερον ἠέλιον. — 3 Μουσῶν codex, quod ex lapide corrigendum. — ἀγήρατον codex et lapis, certaque ratione hoc et Antipatro et aliis multis poetis restituendum est, cf. ad. n. 547, 3. — 4 Antipatri versus παντός, ἁλιρροθία, ξεῖνε, κέκευθε κόνις ex rerum necessitate mutatus est, et satis quidem male; paullo melius scripsisset ὁρᾷς τούτου δαίδαλον ἀρχέτυπον, cf. A. Pal. XVI (ed. Par.) 151 ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις εἰκόνα. — 5 Homerum grammaticorum altercationibus defatigatum patriam ortumque indicare recusantem multi finxerunt, cf. A. P. XVI (ed. Par.) 299, pluresque eadem fere ratione qua Aelianus quaestionem solvebant, cf. *ibid.* 295 οὐ γὰρ ἔφυ χθονὸς ἔργον· ἀπ' αἰθέρος ἀλλά ἑ Μοῦσαι πέμψαν, ἵν' ἡμερίοις δῶρα ποθητὰ φέροι et 296 πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανός, ἐκ δὲ τεκούσας οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπας. — 9 sqq. cf. A. P. XVI (ed. Par.) 301 εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω, εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι. — 12 οὐ μὰ σέ per ipsum Homerum iurans deum esse significat. — 14 *hominem quidem te praedicant, at divinum*, quam sententiam poeta non apertam, sed veram ait esse, tamquam ex oraculi tenebris extricatam, cf. A. P. *l. s. s.* 296 εἰ δέ με Φοίβου χρὴ λέξαι πινυτὰς ἀμφαδὰ μαντοσύνας, - πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανός κτλ'.

1085. Romae eodem quo antecedens loco herma repertus. C. I. 6083.

Μένανδρος.

a. Ἐχρῆν μὲν στῆσαι σὺν Ἔρωτι φίλῳ σε, Μένανδρε,
ᾧ συνζῶν ἐτέλεις ὄργια τερπνὰ θεοῦ.
δῆλος δ' εἶ φορέων αἰεὶ θεόν, ὁππότε καὶ νῦν
σὴν μορφὴν κατιδὼν αὐτίκα πᾶς σε φιλεῖ.

b. Φαιδρὸν ἑταῖρον Ἔρωτος ὁρᾷς, σειρῆνα θεάτρων
τόνδε Μένανδρον ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον,
οὕνεκ' ἄρ' ἀνθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξα,
ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων.

c. Οὐ φαύλως ἔστησα κατ' ὀφθαλμούς σε, Μένανδρε,
τῆσδέ γ' Ὁμηρείης, φίλτατέ μοι, κεφαλῆς·
ἀλλά σε δεύτερα ἔταξε σοφὸς κρείνειν μετ' ἐκεῖνον
γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης.

Versus non melioris notae quam hermae Homerici; vv. 1 et 5 et 6 duplici trochaica incisione foedati; v. 2 θεοῦ abundat. — 7 ΕΞΕΔΙΔΑΞΑΣ Gruter ex Vrsino, errore eo faciliore, quod primo tertioque epigrammate adpellatur ipse Menander. — 8 condita scena *omnibus actionibus nuptiarum* Franz, quod etsi minime pulcrum, melius tamen est quam quod Meineke γάμῳ corrigens pro γάμων explicat *omnibus in fabulis scenam nuptiarum celebritate exhilarans* (*Menand. et Phil. rel.* p. XXIX). — 9 sqq. versus miserrimi. — 11 sq. Aristophanem magni fecisse Menandri virtutes docet vox quaedam illius ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἀπεμιμήσατο; cf. Meineke *l. s. s.* p. XXXIII, idemque iudicium eo loco profert Quinctilianus XI 69, ut Aristophaneum esse facile credamus: *ita omnem vitae imaginem expressit.*

1086. Thera in insula rupi insculptus titulus. Ex Prokeschii apographo Boeckh *Act. acad. Berol.* 1836 p. 41 sqq. coll. tab. n. 5.

Κυκλείδας Κ]υκλῆος ἀδε[λφ]ε[ιῶι Ἀρίω]νι,
τὸν δελφὶς [σῶσε, μνημόσυνον τέλεσεν.

Litterarum formae sunt fere ol. 40, cf. Kirchhoff *Stud.*[2] p. 45 sq. — Recepi quia ingeniose haec Boeckh mihi lusisse videbatur. Ad obscuram Arionis memoriam explanandam nemo sanus hoc disticho abutetur.

1087. Romae in monte Caelio herma. C. I. 6088.

Μιλτιάδης.

Qui Persas bello vicit Marathonis in arvis,
civibus ingratis et patria interiit.
Πάντες, Μιλτιάδη, τά[δ]' ἀρήια ἔργα ἴσασιν,
Πέρσαι καὶ Μαραθών, σῆς ἀρετῆς τέμενος.

3 ΤΑΛΑΡΗΙΑ Wesseling et Brunck *τὰ σ' ἀρήια*, cautius Iacobs corruptum locum significavit. Mihi *τάδ' ἀρήια* certum videtur; respicit autem poeta quae v. 1 dicta erant. Continua enim disticha tradita sunt, ut nesciam an lenius post v. 2 interpungendum sit.

1088. Romae. Anaglypho pugna ad Arbela conmissa in clipeo exsculpta, quem tenent Europa et Asia mulieres. C. I. 6020. Iahn *Bilderchron.* p. 55 sq.

a. *Ἔπταξαν βασιλῆες ἐμὸν δόρυ ἔθνεα τε αὐτῶν,*
ὅσσα πέριξ γαίης ὠκεανὸς νέμεται.

Εὐρώπη	*Ἡ ἐπιπασιμάχη τρίτη πρὸς Δαρῆ- ον γενομένη ἐν Ἀρβήλοις.*	*Ἀσία*

b. *Εἰμὶ δ' ἀφ' Ἡρακλέος Διὸς ἔκγονος, υἱὸς Φιλίππου,*
Αἰακιδῶν γενεῆς, μητρὸς Ὀλυμπιάδος.

1 cf. Verg. *catal.* XII *hic reges Asiae fregerat, hic populos* de Mithridate. — In proximis *ἐπιπασιμάχη* unum vocabulum feci Welckerum secutus *Mus. Rh. vol. suppl.* II 1 (1839) p. 24. Nota est Accii tragoedia *Epinausimache*, cf. Iahn *Bilderchron.* p. 17 adn. 124.

1089. In Romae suburbana quadam regione uti omnes Gruteri titulos ab Vrsino acceptos inventum esse, fortasse in Hadriani villa Tiburtina (cf. ad v. 7) statuit Mommsen. Ex Grutero C. I. 6857.

. . . . *ἀ]ριδείκετον [ἀν]δρὸ[ς] ἀοι[δήν,*
γαῖ]α τὸν Ἀ[σ]κανίη [γ]είνατο Πα[ρθέ]νιο[ν,

ἀε[ὶ τ]ιμ[ήε]σ(σ)ι τετιμένον ἡγεμόνεσ[σ]ι,
    μυρία] ἐ[π]' Ἀ[ρήτῃ] μ[υ]ράμενον [φθ]ιμέν[ῃ,
μυράμενον λυγ]ροῖσιν [ἐ]πὶ φθιμένῃ ἐλέγοισιν,
    ἀνέρα παντ]οίη[ς ἔ]μμορον εὐεπίης.
καὶ] τὸ μὲν οἴχετα[ι ἄω]τον ὑ[πὸ] πλημῇσιν Ἀναύρου,
    π]ε[τροφ]υᾶ [γ]ραπτὴν [σ]υραμένοιο λίθον·
τὴ]ν δ' ἀρ' ὕπερ[θ]ε νέην [δέλτον] πάλι [θ]ήκατο [τ]ύμ[β]ο[υ
    Ἀ[δ]ριανὸς Μου[σῶν δῶρ]ον ἀφ' [ἀγνοτ]άτ[ω]ν,
ὄφ]ρ[α καὶ] ὀψιγόνοισιν [ἀγα]κλέα τ[ύμβος ἀείδοι
    ἀστὸν] Ἀπαμ[ε]ίης [κ]αὶ [θ]άλος Εὐφρ[οσ]ύν[ης.

Tractavi *Hermae* XI 370 sqq. adtulique Scaligeri verba, qui magnam verae interpretationis partem occupaverat. Singula quae posui verba incerta pleraque esse ipsi videbunt periti. Fuit eo quo lapis inventus est loco epigramma positum Parthenii Nicaeensis, factum id ut suspicor in Areten uxorem mortuam, cf. Suid. s. v. Παρθένιος· ἔγραψε δὲ . . . Ἀρήτης ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς, ex quo carmine nihil superest praeter unum inperativum ἄννεμε ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι positum (schol. *Pind. Isthm.* II 63). Monumentum fluminis inpetu disiectum Hadrianus Caesar restituit, quem simili Parthenii ingenio delectari facile credam; ille enim *recolenda abstrusarum fabularum memoria doctrinae laudem aucupabatur* (Meineke *Anal. Alex.* p. 258). — 1 ATEI . . . . . PINE . . . . . PIΔEIKE TONΛH:ΔPOEΛOI extrema bene restituit Franz; antea πρίν fuisse videtur: *olim hoc loco legebatur praeclarum Parthenii carmen.* — 2 AEKANIHTEINA TOΠALOCNIO Ἀσκανίῃ γείνατο Scaliger, qui Παιόνιον nomen fuisse putavit. — 3 AENIMEECI — HΓEMONECEI inperatores intellege Tiberium et Hadrianum. — 4 . . . . ΔEΓIAHIMTPAMENONIOIMENI ἐπ' Ἀρήτῃ plane incertum. — 5 . . . . MIPOICINΠI verbum iteratum fuisse docent iterata ea verba quae e verbo proxime suspensa sunt ἐπὶ φθιμένῃ. Apoll. Rhod. II 782 ὄντινα λαός-οἰκτίστοις ἐλέγοισιν ὀδύρεται. — 6 AIMENHIOIHΓΛMMOPON — 7 ἄωτον bene Franz. — YΠΛHMHCIN praestat fortasse forma πλησμῇσιν. Αναυρον Thessalico flumini cognominem sicut Peneum et Alpheum villae Tiburtinae fluvium fuisse eleganter coniecit Wilamowitz. — 8 THE . . . . . . YAIPAΠTHNYPAMENOIO συραμένοιο Scaliger; poteris ἀραμένοιο. — 9 . . . . NΔAPYΠEPOENEHNA . . . ΠΑΛΑΙΟΗΚΑΤΟΙΥΜΙΟ πάλι θήκατο τύμβῳ Scaliger; δέλτον vocabulum parum placet. — 10 AΝPIANOCMOYC . . . . . AIMONAΦIVΓATNVN ἀφ' ἀγνοτάτων apte Franz, nec praestat opinor ἀφ' (vel ἀπ') ἀθανάτων. — δῶρον conieci ex Antipatri Sid. ep. A. P. VII 14 ἄφθιτα μνησαμένᾳ δῶρ' Ἑλικωνιάδων. — 11 . . . . . . ZPΔENOΨI ΓONOICINΠ . . . . . KΛEAT . . . . ὄφρα Franz. — 12 . . . . M AΠAMIHCAI ΛΛOCE YΦPIIYN videtur Apameensium civis nominari Parthe-

nius; Suid. Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός. Myrlea πόλις Βιθυνίας, η νῦν Ἀπάμεια καλουμένη (Suid. s. v. Ἀσκληπιάδης). Vt pari iure Nicaeenses apud se natum Apameenses altum educatumque apud se poetam suum civem praedicare potuerint, statuendum videtur parentes post natum Nicaeae filium Apameam sedem transtulisse. Bello Mithradatico a. 73 captum et Romam ductum esse narrat Suidas, nescimus tamen utra ex urbe; nam eodem anno Apamea a Valerio Triario et Nicaea a Barba Luculli legatis capta est, Appian. *b. Mithr.* c. 77. Suidae verba ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον aut corrupta aut errore foedata sunt. — θάλος Εὐφροσύνης si recte scripsi, non inficete dicitur perpetuus ille *tenerorum lusor amorum.*

1090. Prope Cephisiam herma sine capite. C. I. 989.

Ἥρως Πολυδευκίων,
ταῖσδέ ποτ' ἐν τριόδοις σὺν σοὶ ἐπεστρεφόμην.
πρὸς θεῶν καὶ ἡρώων κτλ'.

Polydeuces Herodis Attici libertus sat notus; libertorum Herodem imagines posuisse auctor est Philostratus, cf. Boeckhii adn. et tit. seq.

1091. 'Στὸν Μαρκόπουλον' Fourmont, cuius ex schedis C. I. 994.

Πολυδευ[κίων] ἥρω[ς,
κ[α]ὶ το[ύ]τοις λουτρο[ῖσι συν]ωμειλή[σαμεν ἄμφω.

Supplevi ex similitudine tituli antecedentis; Philostr. *vit. soph.* p. 559 εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν . . . τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, . . . ξὺν ἀραῖς τοῦ περικόψοντος ἢ κινήσοντος. Tradita haec sunt:

ΠΟΛΥΔΕΥ
ΗΡΩΚΑΙΤΟ
ΤΟΙϹΛΟΥΤΡΟ
. . ΩΜΕΙΛΗϹ

***1092.** Ad Erechtheum herma. *Ephem.* 3722.

Μνῆμα τόδε Φρόντωνος· ἐς Ἀίδος εἰθὺ νεοίμην,
πρὶν χρυσὸν δέχθαι πρήγματος οὐχ ὁσίου.

1 εἰθύ non εὐθύ in lapide est; cf. A. P. X 3 εἰς Ἀίδην ἰθεῖα κατήλυσις.

1093. Bovillis reperta tabula Iliaca. C. I. 6125 coll. Iahn *Bilderchron.* p. 3. 91. tab. A.

Ὦ φίλε παῖ, Θεοδ]ώρηον μάθε τάξιν Ὁμήρου,
ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας.

1 suppl. Lehrs (*Mus. Rh.* II 354). Alii artificem intellegunt Theodorum, rectius ut videntur alii grammaticum qui *ordinem rerum ab Homero enarratarum conposuit.*

1094. Romae vel prope Romam reperta tabula argumentis homericis insculpta. C. I. 6126 a. Iahn *Bilderchron.* p. 4 sq. p. 92 tab. C.

Ἐνθάδε τὴν ἀρχὴν σύ γε λάμβα]νε, οὔ ποτε βούλει.

Supplevit Michaelis praeeunte fere Franzio. — Occupat versus superiorem partem lapidis in modum tabulae latruncularіae quadris discripti, quibus singulis in quadris singulae litterae scriptae artificis titulum efficiunt hunce:

Θεοδώρηος ἡ τέχνη.

Quae eadem verba cum unus quisque quadrarum ordo a sinistra oblique dextrorsum adsurgens contineat, recte dici potest: *undecumque initium feceris, semper eadem verba conpones.* — Theodorus idem est de quo ad tit. anteced. dixi.

1095. Tabula Sartiana argumentis homericis insculpta. Henzen *Annal. Inst.* XXXV 412. Iahn *Bilderchron.* p. 4. 85. tab. B.

Perierunt argumenta librorum α β γ.

Δ Δέλτα . . . .]υσιν· ὅρκων ἐπιπωλ[εῖται δ'] Ἀγαμέμνων.
E Εἶ· Διομήδης μὲν ἀριστεύει· πρὸς δ' Εἴλιον ἔρχεται Ἕκτωρ.
Z Ζῆτα δ' ὁμιλ[ῖ τ]ὰ πρὸς Ἀνδρομάχην, καὶ Πάριν ἐς χάριν ἕλκι.
H Ἦτα· Αἴας Ἕκτορι μουνομαχῖ, καὶ νὺξ αὐτοὺς καταλύει.

reliqua perierunt.

Similia extant Stephani grammatici A. P. IX 385 ἀκρόστιχα εἰς τὴν Ἰλιάδα κατὰ ῥαψῳδίαν et quae inedita ex codicibus Homeri addidit A. Ludwich *Mus. Rh.* XXXII 10 sq. Vidit Merkel tabulae versuum eam esse naturam ut heroico hexametro praecedat choriambus; corruptos numeros v. 1 et v. 3 bene Michaelis (apud Iahn p. 85) ita explicavit ut versus

non in huius ipsius tabulae usum factos a lapidario incuriose aliunde transcriptos esse coniceret. — 1 Δέλτα θεῶν δόγμα (sic etiam Henzen) χύσιν [θ'] ὅρκων Michaelis. Litterarum vestigia ante χύσιν omnia incerta. Deinde ЄΠΙ | ΠWΛΟΛ\Ι | ΑΓΑΜЄΜ | ΜΝΩΝ corr. Henzen. Stephanus *l. s. s.* δέλτα θεῶν ἀγορή, ὅρκων χύσις. Ἄρεος ἀρχή. Quinti libri periocha ὁρκίων σύγχυσις· Ἀγαμέμνονος ἐπιπώλησις. — 3 ΔΟΜΙ | ΛΠΑ corr. Sarti. Fortasse Hectoris nomen ex versu superiore repetendum; certa tamen res non est. Conlato Stephani versu ζῆτα δ' ἄρ' Ἀνδρομάχης καὶ Ἕκτορός ἐστ' ὀαριστύς conieci olim ζῆτα δ' ὁμιλεία προς Ἀνδρομάχην· Ἕκτωρ Πάριν ἐς χάριν ἕλκει. — 4 Αἴας non videtur iambus, sed anapaestus esse; in Stephani versu ἦτα δ' Αἴας πολέμιζε μόνῳ μόνος Ἕκτορι δίῳ fortasse δ' delendum.

Accedit similis tabulae fragmentum Romae repertum ap. Iahn *l. s. s.* tab. IV F coll. p. 25.

Ἀχιλλεύς. Πρίαμος. Λύτρα.

Λύτρ]α νεκροῦ καὶ πέρας ἐστὶν τάφος Ἕκτορος ἱππ[οδάμοιο.

Ab initio . . . ΟΛ corr. et suppl. R. Rochette. — Versus natura praecedentibus similis, non aequalis (spernendae enim Studemundi argutiae ap. Michaelis. ad Iahn p. 85 adn. 440); sunt autem duo choriambi quos excipit tetrapodia dactylica.

1096. Stratoniceae in Serapiei pariete. C. I. 2722 coll. Add. II p. 1108.

Μ] νημόσυνον ἀνθρώπ[οις τόδ' ἡμε]ρήσιον — λα
Ε] ὕρον, μετρήσας μουσ[ικῷ συντ]άγματι — λ
Ν] έμ[ω]ν τ' ἑκάτερον μῆνα[ς ἠδ' ἐ]πεμβόλους, — λα
Ἵ] να ἄν τις ἔτυχε τῆς ἀπαιδεύτου τύχης, — λα
Π αρησίαν ὁμοίαν οὐκ ἔχων βροτοῖς, — κη
Π αρηγορεῖται βαιὸν ἀριθνμήσας τάδε. — λα
Ο] ὕτως ἔγραψα τοῖς φίλοισι χρήσιμον. — λ
Σ ύ μοι, Πρόνοια, λοιπὸν εἰς τὸ δεύτερον — λα
Ε ὑπερινόητον ἡδὺν ἀγγεῖλαι στίχον· — λ
Ὑ περτάτοις γὰρ ἡμῶν εὐχὴν Ἥρῃ καὶ Διί — λα
Ῥ εμβηνόδῳ περάσας τὴν ἐτησίαν χάριν — λα
Ε ὐδαιμονήσας δέλτον ἀνατιθῶ θε[οῖς. — λ
S αφ ἔ[τ(ους).

A dextra mensium duodecim dies adscriptos esse vidit Chishull, menses anni Asiani a d. 24 Sept. incipientis adgnovit Boeckh, intellegens simul quot quisque mensium dies haberet, tot singulis versibus litteras esse; idem denique eius qui tam facete luserit nomen ex versuum litteris initialibus extricavit Μένιππος εὗρε. Grammaticus fuit otiosus qui incultis hominibus hoc μνημόσυνον ἡμερήσιον non nullo labore prospiciendum putaverit, fuit insulsus et inperitus, qui cum initio satis commode res cesserit postea et morae et laboris inpatiens ut rem quocumque modo perficeret et grammaticis et metricis, denique vel orthographicis legibus abusus sit. — 1 et 2 Boeckh, 12 Chandler supplevit. — 3 ΙΕΜΟΝ νόμιμόν τε χἄτερον μῆν' ἠδ' ἐπεμβόλους Boeckh; ego Waddingtonem fere secutus sum, qui (ad *Lebas* V 514) νέμον τ' ἑκάτερον μῆνα καὶ ἐπ. proposuit. Intellego *disponens et menses vulgares* (τριακάδας) *et dies additicios.* — 4 ΑΝΑΝ Chandler, ΝΑΝ Sherard; ἵν' Boeckh. — 5 παρησίαν simplici ρ littera scriptum, ut iustus litterarum numerus expleretur; ineptius v. 6 ἀριθνμήσας. — 8 σύ μου προνοίᾳ Boeckh explicans *tu iam, lector, meo provisu in posterum secundo loco nuntia intellectu facilem suavem versum*, quae vereor ut multis probaturus sit. Hoc equidem dici puto *dicavi Iovi et Iunoni hoc mei ingenii monumentum*; *ut alterum posthac aliquando dicare possim, tu curato, Prudentia, cuius opera haec excogitavi.* — 11 Ζεὺς 'Ρεμβήνοδος ignotus. — Subscripta legit Boeckh ut significavi, αφ pro φα positum ratus, quem annum ΔΙ repetendum ab epocha Seleucidarum Stratoniceae conditorum esse a. p. Chr. n. 189.

1097. Deli in basi. C. I. 10. Melioribus Stuarti et Lebasii apographis usus Kirchhoff *Stud.*[2] p. 61.

. . . . λίϑου εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.

Litterae olympiade LXXV antiquiores. — Statua fuit Apollinis colossea a Naxiis olim Deli dedicata, postea (Plut. *Nic.* c. 3) vi tempestatis eversa; eversam cum restituerent, alterum in averso latere scriptum titulum videntur addidisse Νάξιοι 'Απόλλωνι. — Ab initio apographorum consensu confirmata haec leguntur ΟΑFΥΤΟΛΙΘΟ. Senarium esse bene perspecto scripsit Bentley τ]οῦ ἀϝυτοῦ λίθου, quod ferri non posse (nam nec Τ litterae locus est in lapide, neque ϝ litterae in pronomine) demonstraverunt et Welcker (*Syll.* 122) et Kirchhoff *l. s. s.* p. 62. Verum latet.

1098. Prope Orchomenum. Anaglypho sculptus senex pallio indutus baculo innisus dextra cani locustam porrigens. Ex Michaelis apographo (*Annal. Inst.* XXXIII 83 tab. E 3) tractavit Kirchhoff *Stud.*[2] p. 63 sqq.

Θε]λξήνωρ ἐπ[ο]ίησεν ὁ Νάξιος, ἀλλ' ἐςίδεσ[θε.

Exeuntis VI vel ineuntis V saeculi. — Restituit Kirchhoff adnotans simul artificem versum qui ad anaglyphum minime pertineret de suo addidisse naxia usum et dialecto et scribendi ratione.

1099. In amphora musei Berolinensis. C. I. 8154.

Ἐξηκίας ἔγραψε κἀπόησε ἐμέ.

V saeculi.

1100. Vasi rubro inscriptum. Benndorf *Griech. und sicil. Vasenbilder* tab. XXVIII n. 24.

Ἄνδρες ἐποίησαν σοφίαισιν καλὸν ἄγαλμα.

V saeculi. — Benndorfio tituli dedicatorii partem esse iudicanti nemo accedet; artificum vel fabrum nomina videntur in ipso vase scripta fuisse.

1101. Thalamis Laconiae. Lebas II 282 (281 b).

Ἔγρα(ψε) κὴ ἐχάραξε Δαμονικίδ[ας.

II fere p. Chr. n. saeculi. Versus sub titulo scriptus, quo magistratus recensentur βίδυος, ἔφορος, νομοφύλαξ, κᾶρυξ, γραμματεύς.

1102. Romae. C. I. 6272.

Εἰςοράᾳς δίκηλον, ὅπως περὶ νῶτον ἀείρας
κριὸν ἀεξικέρων ἔμπνοον ἀχθοφορεῖ.
Πάτρων Νέου.

Adtulit Welcker (*Syll.* 165) Pausaniae locum IX 22, 2 de Mercurio caprifero memoratque in pictura quadam Herculanensi (VII tab. 56) similiter iuvenem agnum caprinum ferentem expressum esse, quibus apte denique conparat Satyrum Florentinum haedulum eodem prorsus modo portantem. — Patron Nei f. nescio artifex fuerit an poeta.

1103-1106. In domus Pompeianae cubiculo parieti inscripta quattuor epigrammata, quibus singulae inlustrantur picturae. Ex suo apographo edidit C. Dilthey *progr. Turic.* 1876.

I Amor cum Pane luctans adstante Venere agonis praeside.

Ὁ θρασί[ς] ἀνθέστακεν Ἔρως [τῷ Πανὶ παλαίων,
χά Κύπρις ὠιδείνει, τίς τίν[α πρ]ῶ[τος] ἐλεῖ·
ἰσχυρ]ὸς μὲν ὁ Πὰν καὶ καρτερός, ἀλλὰ πανοῦργος
ὁ πτα[νὸς καὶ Ἔρως· οἴχεται ἁ δύναμις.

Supplementa sunt Diltheii, certa ut ex vestigiis litterarum patet vv. 3 et 4, probabilia saltem v. 1, ubi litterarum ω λ πλ reliquiae adgnosci posse narrantur. At v. 2 quae posuit Dilthey licet A. Mavii testis oculati consensu confirmata ea spero fore aliquando ut melioribus conmutentur; non hercle posuissem illa, si mihi aeque ac Diltheio probabile videretur Tarentinum Leonidam epigramma fecisse. — 3 sq. recte explicat Dilthey *valens quidem ac robustus Pan, at veterator ales iste et Cupido*, idemque apte contulit Servii verba ad *Verg. ecl.* II 31 *a poetis fingitur cum Amore deo luctatus et ab eo victus.*

II Circa signum aliquod (Panis) tres viri adstant, quorum duo ex habitu instrumentisque quae gerunt alter piscator, alter venator esse dignoscuntur; tertius, cuius vitae condicionem non est unde intellegas, discessurus videtur; arbori retia quaedam adfixa. Picturae evanidae argumento cognito tenuibusque carminis vestigiis repertis praeclaro acumine vidit Dilthey Leonidae Tarentini fuisse epigramma (A. P. VI 13):

Οἱ τρισσοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὅμαιμοι,
ἀγρότα Πάν, ἄλλης ἄλλος ἀπ' ἀγρεσίης·
ὧν ἀπὸ μὲν πτανῶν Πίγρης τάδε· ταῦτα δὲ Δᾶμις
τετραπόδων· Κλείτωρ δ' ὁ τρίτος εἰναλίων.
ἀνθ' ὧν τῷ μὲν πέμπε δι' ἠέρος εὔστοχον ἄγρην,
τῷ δὲ διὰ δρυμῶν, τῷ δὲ δι' ἠιόνων.

Superant v. 2 vocis ἄλλος littera ο, v. 3 nominis Δᾶμις Δ, v. 4 ab initio Τ . . . . . . Δ, v. 5 ab initio Α . . . . ω, v. 6 ΤΩΔΕΔΙ primae versus litterae.

III Sedet senex meditabundus (ΟΜΗΡΟϹ nomen adscriptum), ex quo duo hominess piscatores (ΑΛΕΙϹ adpictum) sciscitantur quae infra scripta sunt:

ὅσσ' ἕλομεν, λ]ιπόμεσθα, ὅσσ' οὐκ [ἕλ]ο[μ]εν, [φερόμ]εσθα.

Res nota narratur in Homeri et Hesiodi Certamine. Inscriptio codicum confirmat lectionem ὅσ' οὐχ, reprobat vulgatam ὅσα δ' οὐχ.

IV In dextra picturae parte caper vitem adrodit, ad sinistram idem caper versus aram vi protruditur, cuius caput homo aliquis uva expressa vino inspergit:

Κἄν με φάγῃς ποτὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Epigramma utpote picturae inlustrandae causa scriptum nemo iam dubitabit quin integrum sit traditum A. Pal. IX 75 Eueni nomine insignitum Ascalonitae. Expressit autem Euenus (cui cum pictura inscribenda esset breviori esse licuit) Leonidae Tarentini epigramma A. P. IX 99, cuius extremum versum ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ integrum suum fecit, *tamquam digito monstraturus exemplum suum et praeclari poetae admirationem confessurus gratissimumque carmen lectoribus in memoriam reducturus.* Verba sunt Diltheii, qui praeter Hauptii disputationem *Opusc.* II 72 adtulit Phaedri locum ab Vsenero indicatum *prol. l.* IV 17. — 1 κῆν cod. Palat. et schol. *Arist. Plut.* 1129; καί Suet. *Domit.* c. 14. — ἐπί pro ποτί cod. Palat., schol. Arist., Suet., idque iure praestare ait Dilthey.

De quinta quadam pictura, quae ex adverso fuit Panis cum Amore luctae, nihil superest nisi Bacchi statua comite panthera in alto suggestu sedentis, litterarum nihil quidquam.

1107. Romae in basi. C. I. 6320.

Πορφυρέαν ἐσθῆτα λι]θοξόος ἐς χρόα λευκόν
θῆκε φύσιν ζηλ]ῶν κάλλεϊ τεκτοσύνας.
— — — — — — — — — — —

1 ΝΕΟΞΟΟϹ corr. Franz. — Supplevit Wilamowitz imaginem intellegens marmoream veste indutam porphyrea, quales fieri solebant Caesarum protomae altero fere saeculo.

1108. Chio in insula. Ex Grutero Sylburgii schedis uso C. I. 2229.

Ἑρμῆν τὸν κλέπτην τις ὑφείλετο· θερμὸς ὁ κλέπτης,
ὃς τῶν φιλητέων ᾤχετ' ἄνακτ[α] φέρων.

1 legunt τίς ὑφείλετο; — 2 ΑΝΑΚΤΙ — Fateor non intellegere me

quo tandem loco inscripti esse versus potuerint, neque inepte videtur Maffei ficticium epigramma iudicasse. Simili acumine Philippi epigramma distinctum est Append. Plan. 193, ubi Mercurio hortorum custodi furem prohibenti respondetur ὦ παράδοξου· μὴ κλέπτειν Ἑρμῆς καινὸν ἔθηκε νόμον.

1109. Argis a Veli Pascha effossum emptumque a Northio comite de Guilford. C. I. 1147.

Φθέγγεται, ἠρεμέει· γελάει μόνον καὶ τάχα δώσει
τάνδε λίθῳ ψυχάν· μορφὰ τόσον δύναται.

2 τῷδε legi maluit Boeckh. At inutile est emendare epigramma quod mihi quidem neque mihi tantum opinor ab homine recentissimo eodemque inperitissimo fictum videtur.

III. POETARVM MEMORIAE FACETE LVDICRE SAPIENTER DICTA AMATORIA POTATORIA VASCVLORVM RELIQVA.

***1110.** In Atticae pago Acharnensi. Conze *Philol.* XII 566.

Ὧραι.

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς ε[ὐρ]υοδ[είη]ς
λευκοῖσιν φάρεσσι [κ]α[λυ]ψαμένα χρόα καλόν
ἀθανάτων μετὰ φῦλ[ον] ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς Εὐνομίη τ[ε . . . .
αὐτό[ματ]αι δὲ πύλ[αι μύκον] οὐρανο[ῦ, ἃ]ς [δ' ἴτ]ον Ὧραι.

II fere saeculi. — Adgnovit Conze Hesiodi versus *Opp.* 197 sqq. in quibus mutavit scriptor alterum nomen (Hesiodus enim v. 4 Αἰδὼς καὶ Νέμεσις) addiditque alia. — 2 καλυψάμεναι. Conze; lapis quod posui. — φάρεσσι pro φαρέεσσι ex Hermanni coniectura dudum scriptum oportuit, cf. Vsener *Mus. Rh.* XXIII 148. — 4 ΜΙΗΤ/// | ΗΠΟΛΟΝ//ΙCΤΗ legi; Η//Ο.ΟΙ Conze. Post ΜΙΗΤ quot litterae perierint incertum; inaequales enim lapidis versiculi sunt modo XXII modo XV litterarum. Supplendi periculum nuper Vsener fecit [Διὸς δὲ δικ]ηπόλοι ἥστη[ν]. — 5 ΑΥΤΟΝ . . . . ΙΔΕΤΥΛΛ . . | ΟΥΡΑΝΟ . ЄC . ΟΝΩΡΑΙ Conze; ΑΥΤΟΥ . . ΑΙΔΕΠΥΛ// | ΟΥΡΑ ΝΟ . CC . . ΟΝΩΡΑΙ ego. Explevi versum ex Iliad. E 749 αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι, mutatis quae ex sententiae litterarumque traditarum ratione mutanda videbantur. Nam *Pudorem* et *Iustitiam* illum pro Horis habuisse (auctore quidem Hesiodo *Theogon.* 901 Εὐνομίην τε Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν) ex Horarum nomine versibus praescripto satis clarum est.

***1111.** Romae in pariete domus cuiusdam in monte Esquilino erutae. Edidi *Hermae* X 1 sqq.

Εἰ μὲν ἑκώ]ν, Ἀρχῖν', ἐπεκώμασα, μ]υρία μέμφ[ου·
εἰ δ' [ἀέκων ἥκω, τὴν προπέτει]αν ἔαι.
Ἄκρητος [καὶ Ἔρως μ' ἠνάγκασεν], ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
εἷλκεν, ὁ δ' οὐκ εἴα τὴν προπ]έτηαν ἐᾶν.
ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνο]ς, ἀλλ' ἐφίλησα
τὴν φλιήν· εἰ τοῦτ' ἔστ'] ἀδίκημ', ἀδικῶι.

Callimachi est epigramma n. 43 ed. Schn. primo fere saeculo ab homine romano doctissimo Callimachi admiratore in cubiculi pariete pictum. Vtique veram hanc esse carminis lectionem demonstravi *l. s. s.*, nisi quod ΕΑΙ (v. 2) et ΠΡΟΠΕΤΗΑΝ (v. 4) et ΑΔΙΚΩΙ (v. 6) saeculi inferioris sunt vitia. Itaque sic intellegendum: *si mea sponte, Archine, comissabundus heri ad te veni, dignus sane sum conviciis; sin autem invitus adfui, mitte conviciandi studium: Liber et Amor me coegerunt, quorum Amor me traxit, Liber inpedivit ne veniendi studium mitterem. Nec cum adessem aut tuum aut patris nomen publice pronuntiavi* (velut Ἀρχῖνε Ἀρχεβούλου), *sed limen solum exosculatus abii. Hoc si crimen est, sum ego in crimine.*

1112. Stabiis. C. I. 5868. C. I. R. N. 2175.

D. M. P. Aelio Audaci eq. sin. Aug. [*t*]*urm. Vlp. Ius*[*tin*]*i C. Iulius Probus h(oc) b(ene) m(erenti) f(ecit).*

Θέλω τύχης σταλαγμ[ὸ]ν ἢ φρενῶν [π]ίθον.

ΣΤΑΛ . . . | ΑΓΜΩΝ.Η.ΦΡΕΝΩΝΠΙΘΟΝ corr. Reinesius, adnotans versiculum modo Ptolemaeo Philadelpho Sotadam inridenti, modo Diogeni adtribui Alexandrum refutanti cum ὦ πίθε μεστὲ φρενῶν ille exclamavisset. Idem senarius inter monosticha Menandrea fertur utiturque eo Gregorius Nazianzenus citatus a Franzio:

ἔφησέ τίς που τῶν φιλοχρύσων τάδε·
'θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.'
πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων·
'ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.'

1113. Gallopoli in cochleari argenteo. Newton *Travels and Discoveries of Levant* p. 123.

Ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε 'θυμοῦ κρατέειν' Περίανδρος,
ὅταν μισ[ῇ]ι σε ἡ φίλη σου.

Hexameter sumptus ex carmine A. P. IX 366, ubi codex Pal. χόλου κρατέειν, duo vero Parisini θυμοῦ κρατέειν, quae etsi versui non apta vetustior tamen et vulgatior videtur sententiae forma. Ceterum Anthologiae carmen eiusdem puto poetae esse cuius sunt VII 81 et IX 26, Antipatri utrumque non Sidonii sed Thessalonicensis. — Verba ὅταν μισῇι σε ἡ φίλη σου in manubrio scripta addidit qui amicus amicum praeter supellectilem utilem utiliore consilio inpertire voluit.

1114. In museo Britannico in cochleari argenteo. Newton *Travels* cet. (cf. ad. tit. praeced.) p. 123.

Τέρμα δ' ὁρᾶν βιότου.

Ex eodem unde epigramma antecedens Anthologiae carmine, ubi integer versus hic est 'τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο' Σόλων ἱεραῖς ἐν 'Αθήναις.

1115. Lugduni. C. I. 6792.

D. M. Lucretiae Valeriae Sex. Avius Hermeros coniugi sibi merit(ae) et sibi vivus posuit et sub ascia dedicavit.

Ὁ φθόνος ὡς κακόν ἐστιν· ἔχι γάρ τι καλὸν ἐν αὐτῷ·
τήκι γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

Legitur epigramma P. XI 193, ubi male ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος et melius ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ. Sententiam adnotavit Iacobs ex Isocr. *Euag.* 6 petitam esse. — Versus graecos ab Hieronymo (*in epist. ad Galat.* III 5) latine versos monstravit Haupt *Opusc.* III 338:

iustius invidia nihil est, quae protinus ipsum
auctorem rodit excruciatque animum.

1116. Zacynthi in epistylio. C. I. 1935.

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

Legitur versus A. P. X 111. Cf. ad tit. praeced.

1117. In museo Bononiensi herma. C. I. 6745.

a. *Οὐκ ἤμην, γενόμην· ἤμην, οὐκ εἰμι· τοσαῦτα·*
εἰ δέ τις ἄλλο ἐρέει, ψεύσεται· οὐκ ἔσομαι.

χαῖρε δίκαιος ὤν.

b. *Ὦ παῖ, φυλάσσου μὴ σφαλῇς· ἡ γλῶσσά τοι*
αὐτὴ μὲν οὐδέν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ, πονεῖ,
ὅταν δ' ἁμάρτῃ, πολλὰ προςβάλλει κακά.

1 *nec fui ante quam genitus sum, neque ero post mortem*, de qua sententia v. Welcker *Syll.* 62. — 3 voluit δίκαιος ἐών, nam aperta est Hipparchei versiculi imitatio στεῖχε δίκαια φρονῶν. — 4 sqq. Euripideos esse Dobree coniecit, vereor ut recte. Eandem sententiam expressit Theodoridas app. Plan. 132 θνατοῖς ἐν γλώσσᾳ δολία νόσος, ἇς ἀχάλινος-ἀφροσύνα τίκτει πολλάκι δυστυχίαν.

1118. Monte Casino. C. I. Add. III 5875 g ex schedis Cassitii.

Μικρὰ μὲν ἡ λίθος ἐστίν, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀπωπήν
ἔνδον τ[ῶ]ν μορφῶν, ὡς ἴον ἐν ταλάροις.

1 facile sed invito opinor poeta restitui poterit deleto ἡ articulo; expressit enim epigramma balnei A. P. IX 610 μικρὰ μὲν ἔργα τάδ' ἐστίν, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀδωδήν-ὡς ῥόδον ἐν κήποις, ὡς ἴον ἐν ταλάροις, cf. *ibid.* 612. — 2 ΤΟΝ — Subiecta traduntur latina haece: *qui lapis est, qui intus habet amoenum adspectum formarum, ut viola in corbe*, quae modo [*exi*]*guus* scripseris pro *qui* ad adcuratam interpretationis formam redeunt.

1119. Tabella lignea ex Aegypto adlata in museum Massiliense. Froehner *Tablettes du Musée de Marseille.* 1867.

Ἄμπελος ὕδωρ πιοῦσα παρὰ τοῦ δεσπότου
ἄκρατον αὐτῷ ἀποδίδωσι τὴν χάριν διπλῆν.
φιλοπόνει.

Scripsit haec puerulus dictata a ludimagistro. — 2 delevit αὐτῷ ut versum integraret G. Wolff *Philol.* XXVIII 176, διπλῆν resecandum putat Wilamowitz. Mihi aptius quis haec rescribere videbitur ἄκρατον αὐτῷ ἀποδιδοῖ, χάριν διπλῆν vel διπλῆν χάριν. Nam duae ni fallor inter se sen-

tentiae confunduntur, altera haec *vitis aquam haustam vino rependit*, altera haec *si quid severis, duplum metes.* Quo aptius erit illud *fabula docet*, quod subicitur *itaque labora ut rem tuam augeas.*

***1120.** Romae in monte Caelio repertus herma. C. I. 6022.

Ἀλκιβ[ιάδης

in latere:

Εἰσίν μοι δύο ἀδελφοὶ ὁμών[υμοι], οἱ δύ' ὅμοιοι,
οἳ μέχρι μὲν ζώουσι, τὸν [ἥλι]ον οὐκ ἐσορῶ[σιν,
αὐτὰρ ἐπὴν [θανέωσι, τότ' ἀλλήλοισι μάχονται.

In herma aenigma non fuit amplius trium versuum; fuit vero in Tryphonis *περὶ τρόπων* libro ap. Speng. *rhet. gr.* III 194, cuius loci notitiam Wilamowitzio debeo. Ille enim haec habet:

εἰσίν μοι δύο κασίγνητοι, οἱ δύο μοῦνοι (l. *δύ' ὅμοιοι*),
ὄφρα μὲν οὖν ζώωσι, τὸν ἥλιον οὐκ ἐσορῶσι,
αὐτὰρ ἐπεί κε θάνωσι καὶ ἀνδρῶν χεῖρας ἵκωνται,
ἠέλιόν τε ὁρῶσι (l. *τ' ἐσορῶσι*) *καὶ ἀλλήλοισι μάχονται.*

addens *περὶ τῶν ἀστραγάλων, οἶμαι, λέγει.* — In hermae titulo v. 3 *θανέωσι* dubitanter scripsi, sed *ἐπήν* certa lectio est. Tryphonis versum primum quomodo corrigam non habeo. Recte autem explicat Wilamowitz: *tali dum in ossibus vivunt, solem non vident; ubi interfecto cuius sunt animali tamquam et ipsi mortui in hominum perveniunt manus, tum vident solem et pugnas inter se conmittunt tali revera facti.*

1121. Romae in Palatino monte lapis a dextra infernaque parte fractus. Descripsit Mommsen.

Πατρίς . . . .
πέντε φ . . . .
τὸν μηδ . . . .
ὀκτάκι μ . . . .
οἱ πίσυρε[ς . . . .
ἐς τρὶς ἀγ . . . .
δοιά σοι ε . . . .
δὶς δ' ἐπὶ λ. . . . .

Videtur aenigma esse ex eorum fere genere, quae Metrodori *ἐπι-*

γράμματα ἀριθμητικά feruntur A. P. XIV inde a n. 116. Hexametri fuerint an disticha nescio. — 8 ΛΙCΛΕΠΙΛ.

1122. Herculanei in horologio solari. C. I. 5862.

Ἓξ ὥρα[ι] μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτάς
γράμμασι δεικνύμεναι 'ζῆθι' λέγουσι βροτοῖς.

A. P. X 43. — 1 ΩΡΑΣ — Adtulit Iacobs praeter alia Eustathii verba ad Il. H p. 554, 46 ἰστέον δέ, ὡς οὐ νυκτὶ μόνον πείθεταί τις εἰς τὸ σχολάζειν ἀπ' ἔργου, ἀλλὰ καὶ ταῖς μετὰ σταθερὰν μεσημβρίαν ὥραις, εἴ τι προςεκτέον τῷ ἀποφηναμένῳ, ὡς αἱ μὲν ἓξ πρῶται τῆς ἡμέρας ὧραι ἔργων εἰσίν, αἱ δὲ ἄλλαι 'ζῆθι' λέγουσι βροτοῖς. — τοῦτο δὲ ἐσοφίσατο ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἀριθμητικὰ σημεῖα τῆς ἑβδόμης, ὀγδόης, ἐνάτης καὶ δεκάτης ὥρας ὁμοῦ παρακείμενα δοκεῖν ἐπιτάσσειν τοῖς ἐργατίναις ἑκάστῳ τὸ ΖΗΘΙ.

1123. In pariete domus Palatinae. Zangemeister *Bullet. arch.* 1867 p. 53.

Πολλοὶ πολλὰ ἐπέγραψαν, ἐγὼ μόνος οὔ[τι] ἔγραψα.

ΟΥΠΕΓΡΑΨΑ male editor οὔπω vel οὐκ ἐπέγραψα.

1124. In pariete Pompeiano. Zangemeister *Inscr. pariet. Pomp.* 2400.

Ἤδη μοι Διὸς ἄρ' ἀπάτα παρὰ σοί, Διομήδη.

Versus est ex καρκίνων genere κατὰ ἀναποδισμὸν legendus. Eundem ex Planude edidit Duebner A. P. vol. II p. 608, non hercle de S. Diomede somniaturus si pompeianum lusum novisset; scriptum in Planudeis ἄρα πηγή. — Sententiae si quid inest verbis grammaticus videtur mihi Iliadis librum quintum (Διομήδους ἀριστείαν) et decimum quartum (Διὸς ἀπάτην) continuos se legisse vel didicisse profiteri.

1125. Myris Lyciorum in sepulcro. C. I. 4302. Newton *Travels and Discoveries in Levant* p. 343.

Μόσχος φιλεῖ Φιλίσταν τὴν Δημητρίου.

Luc. *dial. meretr.* IV 3 init. Male intellexit Franz.

1126. In gemma. C. I. 7290.

Εἴ με φιλοῦντα φιλεῖς, δισσὴ χάρις· εἰ δέ με μεισεῖς,
τόσσον μεισηθείης, ὅσσον ἐγώ σε φιλῶ.

2 sententiam non adsecutus E. Curtius *τόσσον μισοίης* correxit. Haec intellego: amori amore respondere duplex est gratia; itaque simplex haec est ut puella patiatur quidem se amari, ipsa tamen non redamet; omnis abiit gratia, ubi odit amantem. Vt amorem decet amore rependere, sic odium odio; iuvenis igitur cum ipse non oderit puellam sed amet optat ut aliis tantopere illa odio sit quam ab ipso ametur. Itaque ad sententiam optime habet illud *μισηθείης*, poeta scripsit fortasse quod Villoison coniecerat *μισηθῇς*.

1127. In achate. C. I. 7293.

Λέγουσιν, ἁθέλουσιν·
λεγέτωσαν, οὐ μέλι μοι·
σὺ φίλει με, συμφέρι σοι.

Versus sunt anacreontei; verba, quod contra E. Curtium moneo, iuvenis sunt qui gemmam puellae suae donavit: *locuntur*, inquit, *homines quidquid volunt; loquantur, non curo; tu ama me et proderit tibi.* Eidem versus in aliis gemmis habentur. — 1 *ἃ θέλουσιν* legebatur; corr. Wilamowitz.

1128. *Alopeciae in ecclesia infra montem Hymettum*, Fourmont, ex quo C. I. 126.

— — — — — — — — — — —

18 *ἄρχων μὲν Ταυ[ρ]ίσκος, ἀτὰρ μὴν Μο[υ]ν[υ]χιὼν ἦν,*
ὀκτ[ω]καιδεκάτῃ δ' ἔρανον σύναγον φίλοι ἄνδρες
καὶ κοινῇ βουλῇ θεσμὸν φιλίης ὑπέγραψαν.

sequitur *νόμος ἐρανιστῶν.*

II fere p. Chr. n. saeculi. — Carmen ad minimum viginti fuit versuum, e quibus pauca supersunt, quae referre nihil iuvat. Leguntur v. 15 . . *μνήμην φθιμένοισι καὶ ἀλλήλοις ἀνέ[θηκ]αν*, unde de consilio sodalicii coniecturam facias. — 18 ΤΑΥΙΙϹΚΟϹ-ΜΟΙΝΙΧΙѠΝ corr. Boeckh. — In ipsa quae subiecta est lege postquam de recipiendis sodalibus deque constituendis praesidibus dictum est haec adiciuntur: *εἰ δέ τις μάχας ἢ*

θορύβους κενῶν φαίνοιτο, ἐκβαλλέσθω τοῦ ἐράνου, ζημιούμενος ταῖς διπλαῖς τετράκις ἢ ὡς . . . . . . (δραχμαῖς) ἀττ[ι]καῖς κ[ε] ἢ πληγαῖς [δέ]κα . . . . Nam sic fere legenda puto quae tradita sunt ΤΑΙΣΔΗΠΛΑΙΣΠΕΤΡΑΚΡΙΣΕΙΩΣ | ΜΕΝΟΣΕΑΤΤΚΑΙΣΚΣΗΠΛΗΓΑΙΣΑΙΚΑΙΚΙΖ, conf. a Buechelero tractatam legem convivalem *Ind. schol. Bonn. aest.* 1877 p. 10.

1129. In gemma. Superne hominis calvaria, infra mensa sculpta dapibus referta. C. I. 7298.

'Πῖνε', λέγει τὸ γλύμμα, 'καὶ ἔσθιε καὶ περίκεισο
ἄνθεα. τοιοῦτοι γεινόμεθα ἐξαπίνης.'

Extremum est distichon epigrammatis A. P. IX 38, quod in cod. Pal. Πολέμωνος βασιλέως dicitur esse, apud Planudem ἄδηλον est. — 2 τοιοῦτοι ad imaginem spectat.

1130. Athenis vasculum.

Μογέα
δίδωτι τᾶ[ι] γυναικὶ δῶρον Εὐχάρι
τηὐτρητιφάντου κότυλον, ὡς χάδαν πίηι.

Litterae sunt boeoticae saeculi VI. — Mogea Eucharìti Eutretiphanti uxori poculum donat ut amystin bibat. — 2 χάδαν novum est, sed idem videtur quod χανδόν in Callimachi epigr. *Athen.* XI 477 c καὶ γὰρ ὁ Θρηικίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν. Similiter διαφανδόν et διαφάδην, ἀναφανδόν et ἀναφάδην iuxta habentur, cf. Lobeckii *Paralip.* p. 152 sqq.

1131. In lucerna musei Britannici. Hirschfeld *Diar. arch.* 1873 p. 109.

Εἰμὶ δὲ Πανσανίου τοῦ καταπυγοτάτου.

1132. Athenis in poculo fictili. C. I. 545.

Κηφισοφῶντος ἡ κύλιξ· ἐὰν δέ τις κατάξῃ[ι],
δραχμὴν ἀποτείσε[ι], δῶρον ὂν παρὰ ξέν[ο]υ [Θρασ]ύ[λλου].

1 ΚΑΤΑΞΗΕ — 2 ΑΓΟΤΕΙΣΕ — Verba δῶρον ὂν παρὰ ΞΕΝΥΧ ita in

angusto circulo scripta sunt, ut si recte ex Boeckhii coniectura hospitis nomen addidi hoc in altero etiam minore circulo scriptum fuisse necesse sit.

1133. Amphora caeretana, in cuius antico latere duo viri circa oleam ex adverso sedentes expressi sunt, alter ex amphora haustum oleum in vasculum inmittens (dominus oliveti), alter illi intentus baculum manu tenens (mercator), in postico eidem homines, dominus sedens, mercator empto oleo ad proficiscendum paratus. Ritschl *Annal. Instit.* 1837 p. 183 sqq.

a. *Ὦ Ζεῦ πάτερ, αἴϑε πλούσιος γεν[οίμαν.*

b. *ἤδη μὲν ἤδη πλέον· [ἀ]π' ἄρα βέβακε.*

Verba sunt olivitoris, qui quod ante messem precatus erat *o Iupiter utinam dives fiam* messe peracta ratum videns *iam*, inquit, *iam plena dolia; votum igitur exitum habuit.* — 1 suppl. Ritschl. — 2 supplevit et explicavit optime Hermann *Diar. litt. antiq.* 1837 p. 845.

1134. Apud Coliadem promunturium repertum vas grande, cuius in parte superiore defuncti prothesis, infra titulus est. Conze *Annal. Instit.* 1864 p. 183. 197.

Ἀνδρὸς ἀποφϑιμένοιο κά[ρη] κα[λ]ὸ[ν] ἐνϑάδε κεῖμαι.

Sic legi posse docent litterarum vestigia qualia Conze expressit; et melius certe sic legetur quam cum Keilio (ap. Conzium *l. s. s.*) ῥάκος κακόν. Ceterum videntur litterae V vel IV saeculi esse.

1135. In vasculo musei Neapolitani cippus pictus, qui distichon habet. C. I. 8429. Cf. Heydemann *Vasensamml.* 2868.

Νώτωι [μὲν] μολάχην τε καὶ ἀσφόδ[ε]λον πολύριζον,
κόλπωι δ' Οἰδιπόδαν Λαίου [υ]ὸν ἔχω.

1 ΝΩΤΩΙΜΟΛΑΧΗΝΤΕΚΑΙΑΣΦΟΔΟΛΟΝ correxerunt μαλάχην, at cf. Athen. II p. 58 d ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις εὗρον τοῦ Ἀντιφάνους Μίνωος διὰ τοῦ ο γεγραμμένον· τρώγοντες μολόχης ῥίζαν. — 2 ΛΑΙΟΥΙΟΝ ubi antepaenultima littera paullulum curvata Υ esse videtur. — Epigramma in Aristotelis Peplo fuisse recte Franz ex Eustathii verbis conlegit ad *Odyss.* λ p. 1698, 25 ὡς δηλοῖ καί τι τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, λέγον

ὡς ἀπό τινος τάφου, ὅτι νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω. Hoc vero minime certum (cf. Franz ad h. tit. et Bergk *Poet. lyr.* II 659) Oedipi fuisse epitaphium apud Aristotelem, qui num praeter Troiani belli principes etiam alios receperit nescimus. Immo probabilis est Franzii coniectura cui olim Hippothoi Pylaeique epitaphium fuisse videtur, coll. Ausonii epigr. XXI:

Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus:
caulibus et malvis terga superna virent.

Oedipi nomen vasculi pictor certe non primus fuit qui substitueret.

IV. DIRAE ET PROPHYLACTICA.

1136. In Attica lamina plumbea .Cumanudes *Ephem.* 1869 n. 405 coll. eiusdem *Epitymb. att.* 2583.

Δήσω ἐγὼ Σωσίκλειαν κα[ὶ κ]τήματα καὶ μέγα κῦδος
καὶ πρᾶξιν καὶ νοῦν, ἐχθρὰ δὲ φίλοισι γένοιτο·
δήσω ἐγὼ κείνην ὑπὸ Τάρταρον ἀερόεντ[α
δεσμοῖς ἀργαλείοις
σύν θ' Ἑκάτηι χθονίαι
Σωσικλεία *Βίττω*
καὶ Ἐρινύσιν ἠλιθιώναις.

III vel II a. Chr. n. saeculi; litterae ᴦ et ⲋ, v. 4 ΕΚΑΤΕΙ scriptum. — Similes devotiones et graecas et latinas conlegit Wachsmuth *Mus. Rh.* XVIII 559 sqq. Adde simillimam (ed. Henzen *Bullet. arch.* 1866 p. 253) *Cn. Numidium Astragalum, illius vitam valetudinem quaistum ipsumque uti tabescat morbus, hoc C. Sextius Tabsimado rogo.* — 4 non coniunxi verba δεσμοῖς ἀργαλείοις et σύν θ' Ἑκάτῃ χθονίᾳ in unius pentametri formam. — Nomina inversis litteris scripta ut solent in his plumbeis tabellis. — 5 ἠλιθιῶναι novo vocabulo vocantur Furiae; confert Wilamowitz Aesch. *Eumen.* 326 τόδε μέλος παρακοπά-παραφορὰ φρενοδαλής-ὕμνος ἐξ Ἐρινύων-δέσμιος φρενῶν.

***1137.** Florentiae. C. I. 6308.

Ὁ πανσίλυπος οἶκος οὗτός ἐστιν ἀσφαλῶς·
ἐστὶ δὲ καὶ σιγᾶν ἀκίνδυνον γέρας.

1 numeros restitueris deleto ἐστὶν verbo. — 2 Simon. fr. 66 B., nisi quod σιγᾶν male pro σιγᾶς scriptum et δέ insertum est in senarii gratiam. Cf. Wilamowitz *Bullet. arch.* 1874 p. 51, qui vertit:

ingredere limen: cura non potest sequi,
tutum est fideli praemium silentio.

---

*1138. In pariete Pompeiano. Zangemeister *Inscr. pariet. Pomp.* 733.

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνεικος Ἡρακλῆς
ἐ[νθ]άδαι κατοικεῖ, μηδὲν εἰςειαίτω κακόν.

Similia conlegit Buecheler *Mus. Rh.* XII 248 sqq. — 2 εἰςειαίτω i. e. εἰςιέτω, de qua forma vide Lolliani praeceptum in Phrynichi ecloga cum adnot. Lobeckii p. 15 sq. — Eosdem versus non adgnoverunt in titulo provinciae Curdistan C. I. 4673:

ΗΡΑΚΛΗ Λ ΔΕΚΥΓΠΕ'
ΜΗΦΕΝ∖ ΙΣΙΠΛΙΘΟΙΚΑΚΟΝ

ubi videtur scriptum fuisse ἐνθάδε κατυκεῖ, μηθὲν εἰςιαίθω κακόν.

1139. Amuletum Aegyptium. C. I. 4971.

Εἷς Βαΐτ, εἷς Ἀθώρ, μία τῶν βία, εἷς δὲ Ἄχωρι·
χα[ῖ]ρε, πάτερ κόσμου, χαῖρ[ε], τρίμορφε θεός.

1 legebatur μία Τωνβία. — 2 ΧΑΡΕ — ΧΑΙΡΘ.

